MASTER NEGATIVE NO. 92-80596-24

AUTHOR:

SACHS, ALBERT

TITLE:

DE TRAGICORUM GRAECORUM...

PLACE:

[BEROLINI]

DATE:

[1909]

Master Negative #

92-80596-24

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Sachs, Albert, 1886-
De tragicorum Graecorum carminibvs astrophis et nvntiorvm orationibvs. Dissertatio...quam...scripsit Albertvs Sachs... [Berolini, in aedibus R. Trenkeli, 1909]
66 p. 22 cm.

Thesis, Berlin, 1909.

Volume of pamphlets

366898

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 05-27-92 INITIALS Emil
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE TRAGICORVM GRAECORVM CARMINIBVS ASTROPHIS ET NVNTIORVM ORATIONIBVS.

DISSERTATIO INAVGVRALIS PHILOLOGICA

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

CONSENSV ET AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

ALMA VNIVERSITATE LITTERARVM

FRIDERICA GVILELMA BEROLINENSI

SCRIPSIT

ALBERTVS SACHS

BEROLINENSIS.

Promotio solemnis habebitur die 26° mensis Jun. anni 1909.

Rettulerunt de hac dissertatione

Vdalricus de Wilamowitz-Moellendorff Dr. Prof. publ. ord
Hermannus Diels Dr. Prof. publ. ord.

Berolini, in aedibus R. Trenkeli, 1909.

VDALRICO DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF

HAS STVDIORVM PRIMITIAS

D. D. D.

GRATISSIMVS AVCTOR.

Quas res quemque in modum dispositas hac commentatione sim tractaturus.

I. Introductio. 1—3. pag.

II. De scena ipsa. 4—7.

III. Metrorum probatio. 8—19.

IV. De scenis simillimis. 20—21.

V. De nuntiorum orationibus. 22—23.

De tragicorum Graecorum carminibus astrophis et nuntiorum orationibus.

I. Introductio.

1. Quid adhuc in disciplina metrica sit effectum.

Constat disciplinam metricam non minus quam scientiam linguarum comparandarum saeculo undeuicesimo quamquam non inuentam tamen magnopere excultam et in formam quam nunc habet redactam esse. quid in tragicorum Pindarique metris explicandis singuli uiri docti praestiterint, Schroeder exposuit [1]). sed cum in multis rebus tum in hac apparuit luce abundante umbram non deesse, cum idem Westphal, qui primus uidit inter duas longas syllabas breuem ictu non percussam supprimi posse, aeolicorum uersuum mensuram illam quam logaoedicam uocare solent non excogitauerit ille quidem sed totis uiribus defenderit; quae ab imperitis hominibus magis magisque ultra fines extensa plerosque lyricorum et scenicorum uersus subegit et adhuc permultos uiros libros scholas occupatos habet et — indignum sed uerum — per longum tempus habebit. quam mensuram peruersissimam esse ab Henrico Weilio [2]) et postea a Wila-

[1]) In Nouorum Annalium uol. XV (a. 1905) inde a pag. 193 quae commentatio („Binnenresponsion") iterum repressa est in illis „Vorarbeiten zur griechischen Versgeschichte", qui liber publici iuris factus est Lipsiae a. 1908, inde a p. 136.

[2]) Fleckeisens Jahrbb. 1862 p. 333; Revue critique 1872 p. 52.

mowitzio satis est demonstratum. ille satis habuit in aliorum libris recensendis quae ipse Hephaestionem secutus sentiret explicare; doctrinam eius secutus est Masqueray. Wilamowitz ubicumque de re metrica loquitur, et dictis et factis etiam atque etiam demonstrauit uersus iambicos trochaicos anapaesticos non *κατὰ πόδας*, sed dipodice (*κατὰ μέτρα*) metiendos esse et duplicis quod uocatur generis pedes per anaclasim cognatos inter se permutari posse. de interiore carminum conformitate Wilamowitz parce loquitur atque eis tantum locis quibus clare et distincte percipi potest. hac in re duo alii uiri plus assequi conati sunt, Herkenrath et Schroeder. ille orditur [1]) a uersu, cuius exemplum Archilochicum inde ab Hephaestione afferri solet (Arch. fr. 76 B-H-C)

Ἐρασμονίδη Χαρίλαε,

quem parodice imitatur Cratinus (fr. 10 Kock)

Ἐρασμονίδη Βάθιππε.

Wilamowitz enhoplium eum uocat eiusque formam sic describit:

⏕ — ⏖ — ⏖ — ⏑.

a quo uersu profectus Herkenrath conclusit dactylum idem ualere atque trochaeum et ubique pro trochaeo geminata breui syllaba accipiendum esse; qua explicatione quid proficiamus ex Oedipodis Regis uersibus 151—3 apparet:

Ὦ Διὸς ἁδυεπὲς φάτι, τίς ποτε τᾶς πολυχρύσου
Πυθῶνος ἀγλαὰς ἔβας
Θήβας; ἐκτέταμαι φοβερὰν φρένα δείματι πάλλων κτέ.

in quibus adhuc poetam de oraculo Delphico loquentem pythico hexametro usum esse putaueram, cum Herkenrath nos docuerit trimetrum esse trochaicum (p. 67). ut paucis dicam: dactylos logaoedicos, quos iam dudum sepultos putaueramus, mutato nomine in lucem reuocauit, uetere uino nouos utres compleuit. Otto Schroeder omnia scenicorum cantica sibi digerenda proposuit, ex quibus Aeschyli et Sophoclis cantica adhuc apparuerunt (Lipsiae 1907). hic

[1]) Der Enoplios, Leipzig 1906.

non modo Wilamowitzium sequitur, sed etiam Blaſzium ea re quod uersus, quos dactyloepitriticos uocamus, in choriambos et ionicos digerit, ut docuit Blaſz [1]). sed Schroeder responsionem interiorem, quam iam per complures commentationes [2]) significauit, si non exstat at certe distrahendo constringendo explendo delendo segregando ubique intrudere studet [3]). sua ratione digestis omnibus lyricorum scenicorumque canticis sperat aliquando scribi posse „etwas wie eine griechische Versgeschichte" (N. Ann. XV 112 extr.).

2. Quid in hac disciplina in futurum tempus sit praestandum.

In hoc genere plura liceat proferre. primus Wilamowitz in tertio excursu libri de Isyllo Epidaurio scripti monuit unumquodque uersuum genus ab origine usque aut ad florem aut ad interitum persequendum esse. idem etiam hodie plus uiginti annis post postulari potest; neque enim ullo adhuc libro illi postulato recte satisfactum esse uideo. sed etiam alia re antea opus esse putauerim, dico thesauro metrorum lyricorum Graecorum, quo, sicut in lexico singula uocabula, in grammatica singulae uerborum nominumque formae, ita omnes uniuscuiusque metri (ut exemplum afferam, dochmii) habitus quibusque exstent locis enumerati sint. notum et ualde dolendum est neque lexica neque libros de arte grammatica scriptos quaerenti ad omnia aut pleraque satis accurate respondere. sed si res se ita habet, cur in omnibus rebus se ita habere debet? non uideo. quem in modum ille thesaurus sit componendus, ex Herkenrathii et Schroederi indicibus cognosci potest, quorum alter adiumentum non temere abiciendum praebet. sed et hic et ille omnia neque

[1]) Nou. Ann. 1886, inde a p. 455; in praefationibus editionum Bacchylidis carminum.

[2]) Quae nunc collectae sunt in libro qui inscribitur „Vorarbeiten zur griechischen Versgeschichte" (Leipzig 1908).

[3]) Hanc responsionem interiorem non inuenit sed primus omnibus uiribus et ubique demonstrare conatus est.

affert neque afferre aut studet aut se studere dicit. in illo thesauro hoc quoque notari debet, si uersus uel membrum compluribus modis accipi potest; ut *οὐδὲν μακαρίζω* octo digestiones pati Schroeder demonstrat (Phil. 62 162). omitti uero possunt ut particularibus quaestionibus egentes omnes uersus *κατὰ στίχον* positi, qui sunt hexameter dactylicus, pentameter elegicorum, trimeter iambicus iambographorum et scenicorum, eorundem tetrameter trochaicus, tetrametri iambici comicorum, scazontes, anapaestici dimetri tetrametri systemata. hanc materiam ea, qua opus est lexicographo aut grammatico, multo minorem esse nemo non uidet. colligenda est materia, priusquam in classes redigere et theoriam condere possimus. tum fortasse facere poterimus, ut soluere aggrediamur illa artis metricae problemata[1]) extrema atque ultima (de quibus alio loco mihi in animo est plura afferre), quae his uerbis comprehendi possunt:

1. Vnde uersus epicus quem hexametrum uocamus longitudinem suam duxit?
2. Vnde ortum est metrorum *γένος διπλάσιον*?
3. Vnde trimeter iambicus longitudinem suam duxit?
4. Qua de causa *γένος διπλάσιον* longam quam uocamus irrationalem admittit?
5. Quid et unde orta est *γένους διπλασίου* anaclasis?

3. Quid nos in hoc opusculo nobis proposuerimus.

Ab his meditationibus multum recedit ea res quam nos his chartis nobis tractandam proposuimus. metra enim non modo per se perlustrabimus, sed scenam propositam cum aliis eiusdem generis comparabimus et quatenus poetae inter se sint imitati quaeremus. ad hunc finem delegimus scenam quae est Soph. Trach. 878 seqq., cuius uerba sic sunt tradita:

[1]) In metris perlustrandis unum alterumue mihi tangendum erit.

σχετλιώτατα πρός γε πρᾶξιν.
— *εἰπέ τῷ μόρῳ γύναι ξυντρέχει.*
— *αὐτὴν διηΐστωσεν.*
— *τίς θυμὸς ἢ τίνες νόσοι*
τάνδ' αἰχμὰν βέλεος κακοῦ
ξυνεῖλε; πῶς ἐμήσατο
πρὸς θανάτῳ θάνατον
ἀνύσασα μόνα:
— *στονόεντος ἐν σ'τομᾶι σιδήρου.*
— *ἐπεῖδες ὦ ματαία τάνδ' ὕβριν;*
— *ἐπεῖδον ὡς δὴ πλησία παραστάτις.*
— *τίς ἦν; πῶς; φέρ' εἰπέ.*
— *αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε.*
— *τί φωνεῖς: — σαφηνῆ.*
— *ἔτεκεν ἔτεκεν μεγά-*
λαν ἀν ἔορτος ἅδε νύμφα
δόμοισι τοῖσδ' ἐρινύν.

Coniecturae:

879 *σχετλίως τὰ* Hermann; *σχέτλι' ὡς τάδ' ἐξέπραξεν* Steinhardt; *σχετλιώτατ' ἐξέπραξεν* Nauck; *σχετλιωτάτην γε πρ.* Wagner; *ἄλαστα πρ. γε πρ.* Wunder; *δεινότατα πρ. γε πρ.* Heimsoeth; *σχετλιώτατά γε πρ. πρ.* JHHSchmidt; *κακῶς γ' ἔπραξεν* Gleditsch[1]; *εὖ πρ. γε πρ.* Gleditsch[2].

880 *γύναι ξυντρέχει* del. Wunder; *ξυντρέχει* del. Gleditsch; *ξυγκυρεῖ* coni. Nauck; *ξυμπίπτει* Blaydes.

881 *ἄτη νιν ἠΐστωσε* Wunder; *διῄστωσε* Gleditsch (post Dindorfium).

882 *τίς* del. Hermann; *τίς* et *τίνες* del. Wunder; *ἢ τίνες νόσοι* del. Hartung; *τίς νόσος* coni. Gleditsch.

883 *αἰχμᾷ* Hermann; *αἰχμὰ* Triclinius.

884 *σφ' ἀνεῖλε* (post *αἰχμὰ*) siue *νιν εἷλε* Blaydes; *ξυνῆκε* (post *αἰχμᾷ*) Gleditsch.

885 *σχετλιώτατα* ante *πρὸς* inserit Gleditsch.

887 *στονοέντως* Gleditsch; *σιδάρου* Erfurdt.

888 *εἶδες* ante *ὦ* inserit Hermann; *μάταιε* idem et Wunder; *τήνδε τὴν ὕβριν* Wunder; *μάταν τάνδ'* Nauck.

890 *τίς ἦνεν* Wunder; *τίς* pro *πῶς* Gleditsch.

893—5 delet Wunder.
893 *ἔτεκ' ἔτεκε* Gleditsch; *ἔτεκεν ἔτεκε δή* JHHSchmidt.
894 *ἁ νέορτος* uaria interpretatio iam scholiis nota et ab omnibus recepta; *ἀνέορτος* Parisinus A cum plerisque codd.; *νύμφα* del. MSchmidt.
895 *δόμοις* Nauck.

In codice Laurentiano cuius textum supra dedimus quater circumflexum pro acuto falso positum (888. 91. 4. 5), semel asperum pro leni (891), uno loco mendum correctum esse (887) nemo non uidet.

sed priusquam metra aggrediamur, necesse est nonnulla de conexu sententiarum et de lectionibus receptis proferre.

II. De scena ipsa.

4. Qui sit scenae tractandae sententiarum conexus.

Adnexa est scena hoc modo: nuntio ab Hyllo allato patrem exspirare Deianira exiit (*τί σῖγ' ἀφέρπεις*; 813), ut ea, quae antea sui consilii esse dixerat (*ταὐτῇ σὺν ὁρμῇ κἀμὲ συνθανεῖν ἅμα* 720), exsequeretur. Hyllus et ipse nihil eam moratus scena decedit, ut patrem curet. chorus qui solus remanet has explicat sententias stasimo: uetus oraculum inopinato illud quidem modo in Hercule euasit, nam mortiferum est uenenum hydrae; uxor ei nouo matrimonio anxia optimum molita grauius omnibus hostibus malum intulit; omnium uero harum rerum auctor Venus est. tunc chorus lamentationem audit (quae in nostris textibus non exstat[1])),

[1]) Potest hic aliquid excidisse, siue *παρεπιγραφή*, qualis Aesch. Eum. 116 sqq. siue (ut uoluit Meinecke) *ἰώμοι* interiectio qualis Soph. Ai. 891. 974. sed etiam ita possumus ratiocinari: quia poeta chorum dicentem facit se aliquid audiuisse, non opus est spectatores quoque audiuisse; sicut Ismenam quamuis nequaquam mutauerit personam (ut equidem puto; aliter Hense, quem multi sequuntur), tamen ore sanguine et lacrimis inquinato prodeuntem fingit (Ant. 527—30).

primo obscuram, deinde claram et distinctam, postremo nutrix prodit concitata et maeroris plena: magno nobis fuit malo donum Herculi missum. — Quidnam factum est? — Deianira supremam uiam abiit. hunc *εὐφημισμὸν* plebis ritu inconditum quamquam chorus statim explicat sciscitatus *οὐ δή ποθ' ὡς θανοῦσα*; id quod illa affirmat, tamen paulo obscurior est phrasis *βέβηκε τὴν πανυστάτην ὁδὸν ὡς θανοῦσα*, atque ita chorus (ut Electra Oresta affirmante omnia intus recte se habere, El. 1426) iterum rogat: *τέθνηκεν ἡ τάλαινα;* quod nutricem affirmare consentaneum est. non minus consentaneum est chorum mortis genus quaerere: iam misericordia mortuae impertienda hoc postulat. nutrix uero, quae, ut est consternata, chori interrogationes non recte percipit, compluriens demum rogata omnia pronuntiat; ita primum dicit „horribilem in modum, quod attinet ad exsecutionem“. chorus qui haec non intellegit: „fac sciam“, inquit, „quae ei sors obtigerit“. „mors uoluntaria“. „furor an alius quis morbus? quomodo potuit Herculis morti hoc nouum malum adicere?“ uerba *ἀνύσασα μόνα* in hac interpretatione in chori ore molesta appendix sunt, aptissima uero uerbis quae insequuntur nutricis, quae chori uerbis false intellectis: „effecit“, inquit, „sola, atque ferro se percussit“. chorus deinde: „ipsane uidisti?“ utrum haec quaestio modo ad praesentiam nutricis pertineat an eo sit referenda, quod facinus illud tam horrendum nihil impedire conata uidere potuerit (ut uult scholion *ἐκαρτέρησας ἰδεῖν τὴν ὠμότητα*;), actoris gestus doceat opus est; nutrix prius intellegit, ut ex responso apparet: „sane uidi, cum prope adessem.“ quamquam hoc ex omni parte uerum non est; cum Deianira uestem solueret, anus Hyllum uocatura abscurrit; cum rediret cum eo, illa iam se peremerat (926—31). tamen quo temporis momento aberat, ut se habebant res, nihil aliud fieri poterat nisi quod praeuidit atque quod re uera factum est, qua de causa merito se ipsam uidisse dicere potest. usque ad hunc igitur locum omnia recte se habent. tum sequitur geminata interrogatio. quae quid sibi uelit non apparet: *τίς ἦν; πῶς;* adiecta pergendi hortatione *φέρ' εἰπέ,*

et ineptissimum responsum: *αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε.* *τί φωνεῖς* stupentis uerba sunt qui alterius quae praecedunt uerba non recte se percepisse putat; ut El. 1349 *τί φῄς*; Tr. 349 aliisque locis (Ellendt-Genthe, lex. Soph. s. u. *φημὶ* sub finem). sed hic stupor ineptissimus est post nuntium iam bis antea allatum, ipsam illam sibi mortem consciuisse. uerba *αὐτὴ πρὸς αὑτῆς* apud Sophoclem leguntur etiam Tr. 1132. Ai. 906. OR 1237. Ant. 1177; prioribus tribus locis eis uerbis respondetur mortis genus quaerenti (ut hoc loco *αὐτὴν διῃστώσε*); de Antigonae loco loquitur Jebb (de uoce *αὐτόχειρ*). omnibus his locis uerba sola posita sunt, non in phraseos contextu; Tr. 891 legitur uerbum *χειροποιεῖται*, quod non multum dicit et — si lexicis nostris fidendum est — apud posteriores tantum redit [1]). ita facere non possum quin deleam hunc uersum. apparet interpolatorem, qui formulam Sophocli in unaquaque morte uoluntaria usitatam (in extrema Antigonae scena locus ei non est) huic quoque loco intrudere contendit, ex his uerbis uersum effecisse et quoquo modo fieri potuit inseruisse, qua in re firmandi causa responsione (de qua inferius) usus est. neque enim antecedentia quidem uerba constare possunt. bacchii ubicumque occurrunt, synaphia coniuncti et adiuncti sunt; quae interrumpitur uerbis *φέρ' εἰπέ* quae amphibrachyn formant. cui uero hoc modo ex silentio nihil uidetur concludi posse, aliam et grauiorem rem proferam, quod ex quattuor chori enuntiatis nutrix ad extremum solum respondet: uberiorem nuntium, qui uidetur postulari uerbis *φέρ' εἰπέ*, postea nihil admonita dat. sed aptissime chorus, postquam nutrix se prope adfuisse dixit, exclamat: „quid dicis?“, hoc est „nihil es conata eam impedire“, cum nutrix iterum false intellegens respondeat: „certum nuntium“. haec expressa affirmatio alii quaestioni uiam obstruit; itaque chorus: „fuit igitur“, inquit, „haec puella magno domui malo“. primus nuntii

[1]) Eo Achillis Tatii loco (626) quem afferre solent lexicographi adiectiuum *χειροποίητος* legitur, quod etiam quinto saeculo occurrit, ut apud Xenophontem; apud Epiphanium (II 633 31 Ddf. *οὐδὲν ὁ θεὸς ματαίως ἐχειροποίει*) *χειροποιεῖν* idem est quod „fabricari“.

terror remissus est; mutua oratio quietae narrationi, lyricum metrum trimetris cedit. particula affirmatiua *ἄγαν γε* respondet anus: „sane puella nobis malo fuit; sed ipsa si uidisses, etiam magis plorares.“ chorum tum respondere putant: „atque hoc manus feminea condere ausa est?“ quidnam? si chorus stupet quod gladio se perimere ausa sit femina, nonne statim post 881 aut saltem 886 hoc quaerendum erat? quid igitur profecerimus statim apparebit. delendi sunt uersus 890—1, item 898—9; qui uersus ualde uidentur idonei qui coniungant 876 cum 900:

οὐ δή ποθ' ὡς θανοῦσα; — πάντ' ἀκήκοας. — τίς ἦν; πῶς; φέρ' εἰπέ.
— αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε.
— καὶ ταῦτ' ἔτλη τις χεὶρ γυναικεία κτίσαι;
— δεινῶς γε· πεύσει δ', ὥστε μαρτυρεῖν ἐμοί. ἐπεὶ γὰρ ἦλθε [1]) *κτέ*,

poeta non ita dignum, aptissimum uero histrionibus qui cantica minus amauerint. hanc in mentem Bergk in praefatione editionis suae (p. LIX extr.) dicit aperte duplicis recensionis reliquias temere confusas esse in nostris libris.

narratio quae sequitur singulas res accuratius exponit; una et inter se cohaerens est, etiamsi conexus sententiarum nonnumquam corruptelis turbata aut est aut uidetur esse. ueluti u. 903 quo exstat loco recte defensus est a Kaibelio contra Hensium, qui eum post 914 transferendum censebat (quem secutus est Nauck), 911 corruptus est (neque uero cum Ludouico Dindorfio delendus), 934—5 uero ita contemplandi sunt, ut dicamus poetam leuiora quaedam quae ad actionem non magni momenti sunt neglexisse. Deianira choro soli quae uellet exposuit (553 *ἦλθον ὡς ὑμᾶς λάθρᾳ*); hic nihil renuntiauit, quippe qui ex conspectu nostro non abierit. num serui et unde quid de centauro scire possint in suspenso relinquo; nutrix nisi hoc uno uersu nihil scit, Hyllus postea omnia (inde a u. 1134). 932—3 cur deleamus non uideo. pronuntiata sententia posteriori diei nihil fidendum esse, nisi hodiernum tempus exactum sit, finitur haec scena;

[1]) Sic enim in hoc quoque sententiarum conexu cum Schaefero malim legere quam cum codicibus *παρῆλθε*.

nutrix discedit, postquam quae debuit fecit, cum nihil nos quo abeat comperiamus, et chorus in stasimo quod subsequitur eis quae modo audiuit contemplandis se dedit.

5. Quas textus critico praebeat difficultates.

Non minus quam sententiarum conexus textus ipse explicatione eget, quamquam uariae lectiones et corruptelae non ita sunt multae. semper offensioni fuit trimeter ille qui existimabatur 879 continens anapaestos in primo (quod per se fieri potuit) et altero pede. maxime probabilis uidetur Hermanni coniectura (*σχετλίως τὰ πρός γε πρᾶξιν*): sed postea uidebimus hoc loco trimetrum omnino non exstare. quae metri causa mutationes sunt factae, de eis omnino peculiari sectione agemus; nunc res grammaticas tractemus. *μόρῳ συντρέχειν* sane singularis phrasis est quam non facile alibi legi putauerim; periphrasis quae exstat in scholio *συνέπεσεν ἀντὶ τοῦ συνετελεύτησεν* non tanti est momenti ut existimare possimus *ξυμπίτνει* (Blaydes) legendum esse, quamquam *συμπίπτει* occurrit OR 113; neque magis ex illo *συγκῦρσαι* OC 1404 textui hoc loco *ξυγκυρεῖ* (Nauck) intrudendum est. poeta non debet compluribus locis eandem rem eisdem uerbis exprimere. *ξυντρέχει* audax metaphora est non minus quam ceterae duae uoces; Penelaus et Lyco dimicantes (Iliad. *Π* 335. 337) comparationis causa adhiberi (Jebb) non possunt: hi re uera concurrunt siue congrediuntur[1]). ceterorum uerborum analogia etiam affirmatur datiuum *μόρῳ* pro sociatiuo, non (ut apud propinquum ***concidendi*** uerbum Latinum) pro instrumentali accipiendum esse. causam cur deleamus uerba *γύναι ξυντρέχει* (Wunder) siue solum *ξυντρέχει* (Gleditsch, ut prodeat trimeter *εὖ πρός γε πρᾶξιν — εἰπέ τῷ μόρῳ γύναι*) non uideo: interpolatorem tam obscura uerba daturum fuisse non credo. 881 Wunder pro *αὐτὴν* legit *ἄπη νιν*, ne primis iam uerbis mors uolutaria postea demum narrata (890—1) anteciperetur. eadem de

[1]) Aliter accipiendum est Trach. 295 *πολλή 'στ' ἀνάγκη τῇδε τοῦτο συντρέχειν*, ubi pro *συμβαίνειν* positum est.

causa Hense *αὐτὴν* delet. sed cum chorus hoc loco omnia quae sunt facta accipiat necesse est (cf. 884—5). tum de uersibus 890—1 omnino alio iudicio utimur, de qua re uideas quae priore capite exposuimus. 883 Hermann, quem plerique recentiorum sequuntur, *αἰχμᾷ* legit pro *αἰχμὰν* quod (in scholiis quoque) traditum est, an recte, non diiudico. scholia *τάνδ' αἰχμὰν βέλεος κακοῦ* ad Deianiram referunt: poeta eam ita uidetur uocare non quia *τρόπον βέλεος ἀνεῖλεν ἑαυτήν* (quanam tandem mente intellegamus hoc?), sed quia *ὡς βέλος ἰοβόλον μέγα κακὸν προσετρίψατο τῷ Ἡρακλεῖ* (schol.). uestimentum mortiferum *βέλος* erat quod per se nemini nocuerat sine acumine, *ἄνευ αἰχμῆς*, hoc est sine Deianirae opera. sed audax haec metaphora neque cum re plane congruens; oportebat enim Deianira non cum *αἰχμᾷ* sed cum *αἰχμητῇ* compararetur; praeterea neque uestis dici potest *βέλος* (neque enim uxor in caput mariti eam coniecit) neque homo *αἰχμή* (nam hoc usui loquendi repugnat). sed ne *αἰχμᾷ* quidem habeo quomodo explicem. nutrix horribilem tantummodo mortem uoluntariam dicit nullo commemorato instrumento. poterat igitur Deianira laqueo uitam finiuisse uelut Antigone et Iocaste. animi perturbationibus (*θυμὸς ἢ νόσοι*) „aciem saeui teli“ tribuere, qua immolet et metat ut mors falce, ineptum puto; ipsae *βέλη* uocari possunt a deo quodam coniecta (ut Il. *Α* 44 sqq.). Triclinii lectio (*τάνδ' αἰχμὰ βέλεος κακοῦ* nutrici tributa) quominus accipiatur impedimento sunt insequentia uerba (*πῶς ἐμ.*), quae sine dubio choro tribuenda sunt atque cum antecedentibus unum efficiunt uersum quem personarum mutatione interrumpere non licet. quid sibi uelit prior questio ex posteriore apparet: „quo furore morboue commota mortem sibi ipsa consciuit?“ quomodo haec ex uerbis traditis enucleari possint non uideo. Gleditschii *τάνδ' αἰχμᾷ ξυνῆκε* mendum non tollit; nam in Iliadis uersu illo (*Α* 8) *ξυνιέναι* uerbum plane alia mente positum est; datiuus *ἔριδι* pendet a *μάχεσθαι*. uerbi numerus singularis post subiecti *νόσοι* pluralem defendi uidetur posse. ad rem metricam hic locus difficultates non praebet. duae chori quaestiones praecipites

non est cur offendant: uerba πῶς ἐμήσατο plus exclamationis quam interrogationis habent; similem in modum in ea scena quae huic archetypo fuit (Eur. Herc. 917 πῶς . . . ἀμφαίνεις; τίνα τρόπον ἔσυτο . . .;). quisquis uolet haec uerba inter duas choretidas distribuenda putet. 885 ἐμήσατο uerbum obiecto egere Gleditsch putat; itaque σχετλιώτατα quod 879 deleuit hoc loco restituit; niti uidetur ea re (nam ipse non dicit) quod utroque loco πρὸς particula sequitur. uerba ἀνύσασα μόνα a στονόεντος seiungi non posse idem intellexit, sed falso choro tribuit; genetiui formam quae tum consistere nequit in aduerbium mutauit. uerba < σχετλιώτατα > — στονοέντως pro tetrametro anapaestico accipienda putat. quibus rebus uidemur supersedere cum ἀνύσασα μόνα nutrici tribuerimus. 888 cur trimetri syncopti formam aspernati sint critici (neque enim aliis de causis mutauerunt) uix uidetur intellegi posse. quae pro τίς ἦν; πῶς; sint coniecta, (τίς ἦνεν; Wunder; τίς ἦν; τίς; Gleditsch) athetesi uana fiunt.

quaecumque in extremis chori uerbis nouata sunt, metris mederi student. 894 ἀνέορτος in codicum textibus legitur. scholiis quoque haec lectio nota est, quippe quam per αἰσχρὰ καὶ ἀπρεπὴς circumscribunt. cui explicationi praecedit quasi secundaria explicantis adnotatio periphrasis ἡ νεωστὶ ἐνταῦθα ὁρμήσασα Ἰόλη. facile intellegitur duas interpretationes litterarum ΑΝΕΟΡΤΟΣ his scholiis dari, scilicet praeter ἀνέορτος, quod in textu traditum est, etiam ἁ νέορτος. si ἀνέορτος rectum est, accipi debet pro ἡ ἄνευ ἑορτῆς νυμφευθεῖσα, hoc est paelex; quae aliae explicationes prolatae sunt aut rei aut loco repugnant. neque uero ἁ νέορτος difficultatibus caret. per se significat „recens orta“ (a radice ὀρ-, *or*-ior); malum νέορτον esse potest. OC. 1507 τί δ' ἐστίν ὦ παῖ Λαΐου νέορτον αὖ; de Hermiona utitur Sophocles hac uoce fr. 788 = Plut. Lyc. et Num. 3 (ut coniecit Valckenarius; in codicibus exstat νεοργὸν siue νεουργὸν), ut uidetur, adulescentulam designans. si eam uocem eo de quo agimus loco intellegi uis, necesse est accipiatur pro „quae nobis recens orta est, h. e. recens ad nos uenit,“ ita ut oriendi notio paene euanuerit; eodem igitur fere sensu quo uult

scholium prius, nisi quod, ut facile apparet, uerbum ὁρμᾶν cum hoc loco nihil commune habet. incommode accidit, quod ne metrum quidem, quamquam quantitate inter se differunt articuli forma et α priuatiuum, de una alteraue lectione praeferenda ullius momenti est. etenim utraque lectio uersus formas praebet, quas exemplis confirmare possumus. sed de metris plura alio capite afferemus. ex eis quae adhuc perpendimus intellegitur lectionem traditam uulgata non deteriorem esse.

6. Quid de illius scenae metris adhuc statuerint editores.

Non tam facile quam de controuersiis grammaticis de metricis ad certum finem perueniri potest. uersus inde fere ab 878 usque ad 895 lyricis metris conscripti sunt; responsio est nulla neque ea opus est, cum de saltatione non agatur. quae res non impedit, quin breues atque subsequentes orationis partes non modo simillimae sed etiam compares conscribantur, quod etiam in dialogo accidere constat: stichomythia, antilabe, loci quales OR. 547—52 documento esse possunt. hanc rem, cuius causa re uera in uniuscuiusque artis natura posita est, utrum συμμετρίαν an responsionem uoces, ad nomen tantum interest: ubicumque luculente apparet, agnoscenda est, si minus, non obtrudenda. nunc uelim consideres plerosque metricos saeculi undeuicesimi hanc scenam inuadentes: unusquisque uersus incipit a syllaba uersus ictu percussa (quam nos „Hebung“ uocamus, Graeci θέσιν), quae ei praecedit grauis syllaba anacrusis est, dactylus trochaeo est aequalis (quippe qui sint „uersus logaoedici“, quamquam non ei de quibus loquitur Hephaestio), itaque numerantur pedes et numeri tum prodeuntes componuntur ad quamcumque figuram mathematicam; ubi bene non procedit, mutatio temptatur, et immedicabile cura ense reciditur. qua ratione utuntur JHH Schmidt (quem sequitur Jebb), praeterea Schubert, Gleditsch, denique miro quodam libro Mauritius Schmidt; paulo minus immodice Hermann et Dindorf; sine numerorum schemate

Muff, Wecklein, Schmelzer. non minus perniciosa erat opera eorum, qui, ut omnes uersus aequos redderent, omnes in trimetrorum (Wunder) aut bacchiorum (Nauck) formam redigere conabantur, quod ut assequerentur, isdem atque priores remediis utebantur. praecipuas difficultates praebebat *σχηματισταῖς* illis compensatio dochmiorum qui uidebantur, quos modo iambos (880) modo dactylos (884) putabant, modo delebant (secludendo illo *ξυντρέχει*), modo creabant (*νόσοι τάνδ' αἰχμάν*), modo responsione afficiebant. tripodiam dochmiacam (sic compluriens!) cui sit forma ⏑–––⏑–– Brambach nouit. unam illius tenoris perperam accepti athetesim uersio praebet Adolfi Schoellii, qui tantum 878 retinet. diligentius tractauit hanc scenam Otto Schroeder, sed tantum ut demonstraret quam putat responsionem interiorem (quae, quibus locis omnino de ea disputari potest, nihil aliud est nisi quam supra commemorauimus *συμμετρία*), qua de causa singulorum uersuum 878—88, in quibus maxime opus est, colorum digestionem omnino non affert. ac ne in singulis quidem rebus omnia ei concedi possunt.

7. Quem in modum nos metra digeramus.

Quodsi metra per ipsa explicare conamur, multae difficultates nobis oriuntur ea re, quod uerba tradita uarios in modos digeri possunt, cuius rei omnibus, qui hoc aggrediuntur, ratio habenda est. quod si statuimus, in uersibus 878—88 haec habemus:

⏑⏑–⏑⏑ –––⏑–––⏑––––⏑– ––⏑––––––––––

–––⏑⏑–––⏑–––⏑–––⏑ ⏑–⏑––⏑⏑ ⏑⏑–––⏑–––⏑––⏑–⏑–––||

⏑–⏑– ⏑––––⏑–, [hiatus]

in uersibus 893—5:

⏑⏑⏑ ⏑⏑– ⏑⏑–⏑⏑–⏑ ––––⏑ ⏑––⏑––⏑.

primo loco exstat enhoplius qui hic constat ex metro anapaestico et bacchio (rectius dicitur dimeter ionicus ⏑⏑–⏑⏑ –⏑–⏑, uide inferius). sequitur trimeter aut iambicus (⏑–⏑– ⏑–⏑–⏑–) aut compositus ex dimetro trochaico catalectico et cretico (h. e. metro trochaico catalectico). singulorum uersuum

formas insequentibus capitibus exemplis confirmabimus. dochmio qui putatur *γύναι ξυντρέχει* quid faciamus non uideo. uerba *αὐτὴν — νόσοι* certe tetrametrum iambicum efficiunt. difficile uidetur illud *διῃστώσε(ν)* et propter diphthongum et propter *ν* mobile (⏑––⏑–⏑). sed non ineptum uidetur et syncopam statuere post *τίς* et *ῃ* monosyllabe legere: ––⏑– ––⏑ –⏑⏑– ⏑–⏑–. quae extrema huius periodi leguntur uerba *πρὸς θανάτῳ θάνατον* quamquam pro dochmio possunt accipi (–⏑⏑ –⏑ ⏑⏑), tamen, cum non sit uerisimile extremam periodi syllabam solutam esse, trimetrum dactylicum dixerim [1]). his duobus colis inclusa sunt uerba hac forma:

–––⏑*–⏑– ⏑–⏑– ⏑–⏑–,

cum 881—2 ita sit digerendus:

––⏑– ––⏑ –⏑⏑– ⏑–⏑–;

eidem uersus uidentur, sed (si syncopam neglegis) 883—4 una syllaba (asterisco notata) longior est quam qui uersum efficiat. *βέλεος* igitur disyllabe pronuntiandum est,. et cum Atticum *βέλους* lyricis minus sit aptum, per synizesim *βέλεος* legendum est. itaque uerba *αὐτὴν—θάνατον* unam efficiunt periodum (extrema uerbi *ἐμήσατο* syllaba longa est positione):

––⏑– ––⏑– ––⏑– ⏑⏑⏑– ––⏑– ⏑⏑⏑– ⏑⏑⏑– ⏑⏑⏑– ––⏑– ⏑⏑⏑.

uerba *ἀνύσασα — σιδήρου* enhoplium efficiunt, qui constat ex paroemiaco (cui si exteriorem quidem formam spectas par est) et ithyphallico; quem uersum compositum, ne confundatur cum priore membro quod nunc omnes fere enhoplium uocant, maiorem appello enhoplium. sequuntur duo trimetri, prior syncoptus, alter legitimus, atque duo bacchii; ante hos bacchios traditur trimeter antecedentibus duobus bacchiis, quos supra spurios esse cognouimus. chori extrema uerba *δόμοισι τοῖσδ' ἐρινύν* dimetrum iambicum catalecticum esse apparet neque uideo cur ex eo faciamus dimetrum

[1]) Fortasse rectius hoc colon quod dactylicum uidetur pro dimetro ionico accipitur (ut uolunt Blaſz et Schroeder), scil. –⏑⏑– ⏑⏑––, quod idem ualere atque –⏑–––⏑⏑– putauerim. ambo membra coniuncta leguntur Ai. 173—4 *ὦ μεγάλα φάτις ὦ μᾶτερ αἰσχύνας ἐμᾶς* = 183—4 *παῖ Τελαμῶνος ἔβας τόσσον ἐν ποίμναις πίτνων* –⏑⏑–⏑⏑– –⏑–––⏑⏑– .

syncoptum (qui bacchiacus uidetur: ⏑––⏑–– ; Nauck: *δόμοις*). difficilior res est in uerbis *ἔτεκ(εν) ἔτεκε(ν) μεγάλαν ΑΝΕΟΡΤΟΣ ἅδε νύμφα*, forma –⏑⏑––⏑⏑–⏑⏑⏑⏑––⏑––. sicut tradita sunt in eis cognosces prosodiacum solutae primae longae (⏑⏑⏑⏑⏑–⏑⏑––) et dimetrum ionicum anaclasticum. paulo elegantius fit metrum si alterum *ν* ephelcysticum omittamus: ⏑⏑⏑⏑⏑⏑ ⏑⏑– ⏑⏑–⏑ –⏑– ––⏑– –⏑–– hexameter ionicus. alii Gleditschio auctore utroque *ν* abiecto *ἁ νέορτος* legunt, ita ut prodeant tres dimetri iambici catalectici: ⏑–⏑–⏑–– ⏑–⏑–⏑–– ––⏑–⏑––. de his lectionibus recipiendis uel reiciendis paulo inferius nobis dicendum erit.

III. Metrorum probatio.

Ex eis quae hic exposuimus apparet nobis rem esse cum carmine iambico. nostrum nunc erit singula cola exemplis ex aliis carminibus tragicis sumptis confirmare, qua in re nos fortasse non omnia, quae inueniri possunt, attulisse non ueremur confiteri.

8. Quibus locis occurrat membrum ⏑–⏑–⏑–⏑–⏑

1. ⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑:

Bacch. 110 *δρυὸς ἢ ἐλάταις κλάδοισιν*
= 125 *τόδε μοι Κορύβαντες ηὗρον.*

antecedunt quinque pherecratei, subsequuntur glyconei admixtis membris ionicis.

Troad. 282 *μυσάρῳ δολίῳ λέλογχα* (*φωτὶ δουλεύειν*),

antecedunt metrum iambicum, enhoplius maior, dochmius syncoptus, subsequuntur ithyphallicus syncoptus et dochmii.

Hipp. 755—7 *ἐπόρευσας ἐμὰν ἄνασσαν* (*ὀλβίων ἀπ᾽ οἴκων*)
κακονυμφοτάταν ὄνασιν
= 768—70 *χαλεπᾷ δ᾽ ὑπέραντλος οὖσα* (*συμφορᾷ τεράμνων*)
ἀπὸ νυμφιδίων κρεμαστόν.

prior ante ithyphallicum, alter ante –⏑⏑––⏑–; stropha a glyconeo et priapeo orsa finitur iambis.

IT 396—7 *Ἀσιητίδα γαῖαν Εὐρώ(πας διαμείψας)*
= 411—2 *φιλόπλουτον ἅμιλλαν αὔξον(τες μελάθροισιν)*

adnexo adonio, in stropha iambenhopliaca [1].

Hec. 909 *ἀπὸ δὲ στεφάναν κέκαρσαι*
= 919 *πόσις ἐν θαλάμοις ἔκειτο.*

inter dactyloepitritos et glyconeos.

Prom. 545-6 *φέρ᾽ ὅπως ἄχαρις χάρις ὦ φίλος εἰπὲ ποῦ τις ἀλκά*
= 553-4 *ἔμαθον τάδε σὰς προσιδοῦσ᾽ ὀλοὰς τύχας Προμηθεῦ*

diuidi possunt in metrum anapaesticum, enhoplium, spondeum; stropha ut ea quae antecedit ex dactyloepitritorum genere est. sed fortasse praestat ionica mensura a Wilamowitzio commendata, scilicet ⏑⏑––⏑⏑ –⏑–⏑–⏑–– ⏑⏑–⏑–⏑––. in eadem stropha:

τίς ἐφαμερίων ἄρηξις (*οὐδ᾽ ἐδέρχθης*) *ὀλιγοδρανίαν ἄκικυν*
= *τὸ διαμφίδιον δέ μοι μέ(λος προσέπτα) τόδ᾽ ἐκεῖνό θ᾽ ὅτ᾽ ἀμφὶ λουτρά,*

metro trochaico seiuncti.

Idem membrum adiecto cretico legi uidetur in stropha dactyloepitritica

Rhes. 250 *πόλις ἔστι Φρυγῶν τις ἔστιν ἄλκιμος*
= 260 *Ἑλένας κακόγαμβρον ἐς χέρας γόον*

praestat uero ita digerere strophae finem:

⏑⏑– ⏑⏑–⏑ –⏑⏑–⏑⏑ ⏑⏑–[2])⏑*⏑⏑–––⏑⏑–– ⏑⏑–– ⏑⏑–⏑––.

Versūs de quo agimus formam catalecticam ⏑⏑–⏑⏑–⏑– saepe glyconei munere fungi satis notum est; accedit quod prima uerbi *σχετλιώτατα* syllaba pro longa accipi potest. tamen ualde dubito an ––⏑⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–⏑⏑– glyconeus sit adiuncto trimetro iambico, neque eius mensurae amplius rationem habebo.

Membrum –––⏑⏑–⏑–– in Medeae fabulae carminibus saepius exstat uelut

[1]) Si singulorum uerborum fines spectas, alium quoque in modum metra digeri posse confiteor, ⏑⏑–⏑⏑–⏑ ––––⏑–––, qui sunt duo pherecratei, prior acephalus; sed uerisimile non puto.

[2]) *πτόλιν* in antistropho; conferas quae exposuimus ad OC. 216 sqq. (–⏑⏑⏑–⏑⏑–⏑*–⏑–⏑⏑ ––⏑–⏑⏑––).

151 *τίς σοί ποτε τᾶς ἀπλάτου κοίτας ἔρος, ὦ ματαία,*
σπεύσει θανάτου τελευτάν; . . . .
= 176 *εἴ πως βαρύθυμον ὀργὰν καὶ λῆμα φρενῶν μεθείη;*
μή τοι τό γ᾽ ἐμὸν πρόθυμον . . . . .
435 *ναίεις χθονί, τᾶς ἀνάνδρου κοίτας ὀλέσασα λέκτρον,*
τάλαινα· φυγὰς δὲ χώρας
= 442 *δύστανε, μεθορμίσασθαι μόχθων πάρα· τῶν δὲ λέκτρων*
ἄλλα βασίλεια κρείσσων . . . . .
849 *τὰν παιδολέτειραν ἕξει τὰν οὐχ ὁσίαν μετ᾽ ἄλλων*
(σκέψαι τεκέων πλαγάν,) σκέψαι φόνον οἷον αἴρει·
μὴ πρὸς γονάτων σε πάντως . . .
= 859 *δεινὰν προσάγουσα τόλμαν; πῶς δ᾽ ὄμματα προσβαλοῦσα*
(τέκνοις ἄδακρυν μοῖραν) σχήσεις; φόνῳ οὐ δυνάσει
παίδων ἱκετᾶν πιτνόντων . . .

multisque aliis locis [1]).

---

[1]) De digestione horum uersuum nuperrime dubitatio mihi orta est. supra dedi quae in editionibus leguntur; possunt uero etiam in glyconeos cognatosque uersus diuidi. utramque digestionem appono:

151=176	– – ⏑ ⏑ – ⏑ – –	– – ⏑ ⏑ – ⏑ –
	– – ⏑ ⏑ – ⏑ – –	– – – ⏑ ⏑ – ⏑ –
	– – ⏑ ⏑ – ⏑ – –	– – – – ⏑ ⏑ – ⏑ –
	– – ⏑ ⏑ – – – ‖	– – – ⏑ ⏑ – – ‖
	– ⏑ – ⏑ –	– ⏑ –
	– ⏑ ⏑ – ⏑ – –	⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ –
	– – ⏑ ⏑ – ⏑ – –	– – – ⏑ ⏑ – ⏑ –
	– – ⏑⏑ ⏑ ⏑ – – – – –	– – – ⏑⏑ ⏑ ⏑ – | – – – –
	– – – ⏑ ⏑ – ⏑ – – – –	– – – ⏑ ⏑ – ⏑ – | – – .

In paenultimo antistrophi uersu pro glyconeo positus est dimeter choriambicus qui uocatur (hoc loco forma – – – – ⏑ ⏑ –). conferri possunt, etiamsi non omni ex parte, uersus quales Phil. 1082=1103; 1124=47 et Hel. 1342—3 (=58—9).

432=439	⏑ – – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – –	⏑ – – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – –
	– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – –	– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
	⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –	⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
	– – ⏑ ⏑ – ⏑ – –	– – ⏑ ⏑ – ⏑ –
	– – ⏑ ⏑ – ⏑ – –	– – – ⏑ ⏑ – – – –
	⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – –	– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
	⏑ – ⏑ ⏑ – –	– ⏑ – ⏑ ⏑ – – .

9. Quibus locis occurrat membrum – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ –.

2. – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ –:

Ag. 443 *ψῆγμα δυσδάκρυτον ἀντήνορος*
= 461 *τῶν πολυκτόνων γὰρ οὐκ ἄσκοποι*

in stropha iambica et cum antecedentibus et cum subsequentibus synaphia coniunctus; sequitur ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –, ita ut tres uideantur dimetri trochaici catalectici:

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –;

quod cum iambica sit stropha minime probauerim

Choeph. 406 *ἴδετε πολυκρατεῖς ἀραὶ τεθυμένων*
= 419 *πάθομεν ἄχεα πρός γε τῶν τεκομένων,*

inter iambos. propter solutiones etiam dimeter dochmiacus potest statui: ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ –, sed alios dochmios totum carmen non continet. de eo de quo agimus loco idem dici potest: – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – potest dimeter dochmiacus esse, ut Eur. Or. 1385 *ἁρματεῖον ἁρματεῖον μέλος*, sed trimeter praeferendus uidetur.

840=856	– – ⏑ – – ⏑ ⏑ –	– – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
	– ⏑ ⏑ – ⏑ –	– ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ –
	– ⏑ – ⏑ – –	
	– – ⏑ ⏑ – ⏑ – – –	– – ⏑ ⏑ – ⏑ –
	– – ⏑ ⏑ – ⏑ – – –	– – – ⏑ ⏑ – ⏑ –
	– – ⏑ ⏑ – – –	– – – ⏑ ⏑ – – –
	– – ⏑ ⏑ – – – –	– – ⏑ ⏑ – ⏑ –
	– – ⏑ ⏑ – ⏑ – –	– – – ⏑ ⏑ – ⏑ –
	– – ⏑ ⏑ – ⏑ –	– – – ⏑ ⏑ – ⏑ –
	– ⏑ ⏑ – –	– ⏑ ⏑ – – .

In glyconeis uersum una cum uerbo finiri opus non esse et ante choriambum qui uidetur syncopam admitti quis nescit? similem in modum res se habet in Soph. El. 1066—9=78—81, ubi haec habemus:

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – –,

quae sic digeri possunt:

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – –;

sed tres glyconei adiuncto Alcaico decasyllabo leguntur etiam OC. 1211—3 =25—7 — si omnino has periodos in uersus diuidere licet. afferri potest etiam Ant. 783=94.

Eum. 490 *νῦν καταστροφαὶ νέων θεσμίων*
= 499 *οὐδὲ γὰρ βροτοσκόπων μαινάδων,*

initio strophae trochaicae, quae ut ea quae sequitur plerumque constat ex dimetris catalecticis. — is dimeter catalecticus solus enhoplios secutus exempli gratia

OR. 883—8 *εἰ δέ τις ὑπέροπτα χερσὶν ἢ λόγῳ πορεύεται·*
Δίκας ἀφόβητος οὐδὲ δαιμόνων ἕδη σέβων,
κακά νιν ἕλοιτο μοῖρα δυσπότμου χάριν χλιδᾶς
= 897—902 *οὐκέτι τὸν ἄθικτον εἶμι γᾶς ἐπ' ὀμφαλὸν σέβων*
οὐδ' ἐς τὸν Ἄβαισι ναὸν οὐδὲ τὰν Ὀλυμπίαν,
εἰ μὴ τάδε χειρόδεικτα πᾶσιν ἁρμόσει βροτοῖς[1]).
Trach. 957—8 *μὴ ταρβαλέα θάνοιμι μοῦνον εἰσιδοῦσ' ἄφαρ*
= 966—7 *προκηδομένα βαρεῖαν ἄψοφον φέρει βάσιν*

multisque aliis locis; ithyphallicus, quo poetae inde ab Archilocho post enhoplium uti solent, una syllaba breuior est, quasi syncopa aut brachycatalexi (*βραχυκατάληκτα δὲ καλεῖται ὅσα ἀπὸ διποδίας ἐπὶ τέλους ὅλῳ ποδὶ μεμείωται* Heph. 13 18 C.) ex illo ortus.

10. Quibus locis occurrat membrum
−−⏑− −⏑− −⏑− ⏑−⏑−.

3. −−⏑− −⏑− −⏑− ⏑−⏑−, plerumque in strophis iambicis:

Eur. Suppl. 779-80 *πόλει μὲν εὐδοξία καὶ στρατηλάταις δορὸς*
= 787-8 *χρόνους παλαιὸς πατὴρ ὤφελ' ἁμερᾶν κτίσαι.*
ibid. 798-9 *στεναγμόν. ὦ ματέρες τῶν κατὰ χθονὸς νεκρῶν*
= 811-2 *προσάγετε τῶν δυσπότμων σώμαθ' αἱματοσταγῆ.*
Herc. 411-4 *τίν' οὐκ ἀφ' Ἑλλανίας ἄγορον ἁλίσας φίλων*
κόρας Ἀρείας πέπλων χρυσεοστόλον φάρος
= 428-31 *ἵν' ἐκπεραίνει τάλας βίοτον οὐκ ἔβα πάλιν.*
στέγαι δ' ἔρημοι φίλων· τὰν δ' ἀνόστιμον τέκνων . . .

[1]) Primum horum uersuum tetrametrum trochaicum plerumque putant; sed ut pro enhoplio accipias, suadet et analogia insequentium uersuum et ea res quod duae breues quae solutione oriuntur non iam caesura dirimuntur, quod quamquam fieri potest, sane durius est quam quod ego proposui: −⏑⏑ −⏑−⏑−⏑. longam duabus breuibus antecedentem solui posse intelleges ex Herc. 1032: *ἴδεσθε τάδε τέκνα πρὸ πατρός . . .*

Aesch. Spt. 835-6 *ἔτευξα τύμβῳ μέλος θυιάς, αἱματοσταγεῖς*
= 843-4 *μέριμναν δ' ἀμφὶ πτόλιν· θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται.*
Ag. 240-1 *ἔβαλλ' ἕκαστον θυτήρων ἀπ' ὀμμάτων βέλος*
= 250-1 *Δίκα δὲ τοῖς μὲν παθοῦσιν μαθεῖν ἐπιρρέπει.*
ibid. 476-7 *πόλιν διήκει θοὰ βάξις· εἰ δ' ἐτήτυμος*

in epodo iambica post tres eius metri strophas.

Soph. Ant. 361-2 *τὸ μέλλον· Ἅιδα μόνον φεῦξιν οὐκ ἐπάξεται*
= 371-2 *ξύνεστι τόλμας χάριν. μήτ' ἐμοὶ παρέστιος . . .*
OR 190 *Ἄρεά τε τὸν μαλερόν, ὃς νῦν ἄχαλκος ἀσπίδων*
= 203 *Λύκει' ἄναξ, τά τε σὰ χρυσοστρόφων ἀπ' ἀγκυλᾶν . . .*
ibid. 1337-8 *τί δῆτ' ἐμοὶ βλεπτὸν ἢ στερκτὸν ἢ προσήγορον*
= 1357-8 *οὔκουν πατρός γ' ἂν φονεὺς ἦλθον οὐδὲ νύμφιος*

post iambos; a dochmiis stropha incipit iisque finitur.

Soph. El. 207-8 *αἳ τὸν ἐμὸν εἷλον βίον πρόδοτον, αἵ μ' ἀπώλεσαν*
= 227-8 *πρόσφορον ἀκούσαιμ' ἔπος τίνι φρονοῦντι καίρια;*

antecedunt anapaesti, subsequitur tetrameter regularis, tetrameter dactylicus, dimeter iambicus catalecticus.

Trach. 210-1 *ὁμοῦ δὲ παιᾶνα παιᾶν' ἀνάγετ' ὦ παρθένοι*

in paeane iambico de quo plura paulo inferius afferemus.

Non rarius occurrit idem uersus tertii tantum metri oppressa prima breui:

OR 198-9 *τέλει γάρ. εἴ τι νὺξ ἀφῇ, τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται*
= 211-2 *οἰνῶπα Βάκχον εὔιον Μαινάδων ὁμόστολον·*

aut interiorum metrorum priore, primi altera oppressa breui:

−−⏑− −−⏑− −−⏑−, uelut

OR 200-1 *τὸν ὦ τᾶν πυρφόρων ἀστραπᾶν κράτη νέμων*
= 213-4 *πελασθῆναι φλέγοντ' ἀγλαῶπι <σύμμαχον>·*

catalecticus (−−− −−− −⏑− ⏑−−):

Troad. 580-1 *ὦ Ζεῦ — καὶ συμφορᾶς; — τέκεα — πρίν ποτ' ἦμεν*
= 584-5 *κακῶν — οἰκτρὰ τύχα — πόλεος — ἃ καπνοῦται·*

multisque locis harum cognatarumque formarum exempla inueniri possunt.

11. Quibus locis occurrat membrum – – – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – atque dimeter.

4. Versus qui a molosso uel bacchio incipientes puris iambis continuantur rarissime uidentur inueniri. tetrametros cum inuestigare non potuerim, hos dimetros affero:

Phil. 1134 *ἄλλου δ' ἐν μεταλλαγᾷ*
= 1157 *ἐμᾶς σαρκὸς αἰολᾶς.*
Troad. 560 sqq. *λόχου δ' ἐξέβαιν' Ἄρης*
κόρας ἔργα Παλλάδος.
σφαγαὶ δ' ἀμφιβώμιοι
Φρυγῶν ἔν τε δεμνίοις
καρατόμος ἐρημία.

Qui dimetri quoniam sine ancipiti continuantur, tetrametri usum satis muniunt.

Dimetrum iambicum regularem qui saepissime in carminibus iambicis inuenitur non opus puto exemplis confirmare.

12. Quibus locis occurrat membrum – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –.

5. Non minus in dactyloepitritis occurrit illud – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –, quod cum prosodiaco et enhoplio principalis huius metri pars est. duos tetrametros dactylicos acatalectos sequitur inter dochmios

Phoen. 353 *εἴτ' ἔρις εἴτε πατὴρ ὁ σὸς αἴτιος*
εἴτε τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε
δώμασιν Οἰδιπόδα·

commos iambicus est non paucis membris dochmiacis admixtis.

Membra ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – et – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – coniuncta sunt

Aesch. Suppl. 73-4 *γοεδνὰ δ' ἀνθεμίζομαι δειμαίνουσα φίλους*
= 82-3 *πέλοιτ' ἂν ἔνδικοι γάμοις. ἔστι δὲ κἀκ πολέμου*

inter dactylos. de hoc uersu (quem omnes ex Hor. epod. 13

norunt iambelegum[1])) conferantur quae exposuit Otto Schroeder, Griech. Zweizeiler, in Nouis Symbolis Joachimicis p. 41—2 = Vorarbeiten z. griech. Versgesch. p. 73—4[2]).

13. Quibus locis occurrat membrum ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – –.

6. ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – –, enhoplius adiuncto ithyphallico, de quo conferas quae supra diximus:

Eur. Andr. 124-5 *διδύμων ἐπίκοινον ἐοῦσαν ἀμφὶ παῖδ' Ἀχιλλέως*
= 133-4 *τὸ κρατοῦν δέ σ' ἔπεισι. τί μόχθον οὐδὲν οὖσα μοχθεῖς;*

antecedunt tria disticha, quae constant ex uersu epico et ithyphallico, quorum medium et extremum trimetro iambico syncopto dirempta sunt. excipitur hoc chori cantico elegia illa Andromachae, in quo metrum elegiacum, uoces epicae, dialectus dorica coniuncta sunt. metrum dactylicum resonat per insequentis quoque strophae dimetros trochaicos, quorum Euripidem amantissimum fuisse constat.

Med. 990-1 *σὺ δ' ὦ τάλαν, ὦ κακόνυμφε κηδεμὼν τυράννων*
= 996-7 *μεταστένομαι δὲ σὸν ἄλγος, ὦ τάλαινα παίδων,*

initio magnae simplicitatis strophae dactyloepitriticae, quam me non fugit sic uideri digeri posse:

⏑ – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – – – – – – ⏑ – ⏑ – –
⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ –
⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – –;

[1]) Hunc uersum cognatum putauerim eius cuius in superiore quodam capite exemplum dedi OR 198—9 = 211—2. conferas quae exposui allato Ai. 173—4 = 83—4.

[2]) Illi quoque uersus comparari possunt qui sunt
Aesch. Prom. 164-5 *θέμενος ἄγναμπτον νόον δάμναται οὐρανίαν*
= 184-5 *δέδια δ' ἀμφὶ σαῖς τύχαις, πᾶ ποτε τῶνδε πόνων*
(*γάρ* pro *δ'* codices; emend. Porson);
antecedunt iambi, quorum ultimi dimetri prima syllaba oppressa est; quae sequuntur, in stropha et antistropho hac sunt forma:
° ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ * – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
itaque paulo alia digestio praeferenda erit:
A ⏑ ⏑ ⏑ – – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ° ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ * – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
– ⏑ – –, siue:
* – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – –.

duae periodi iambicae VI et V metrorum, mesodi loco dimeter anapaesticus; cui cum in stropha *τε* particula altera periodus iambica sit adnexa, alius digerendi modus erit praeferendus:

⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑ –⏑–⏑––
––⏑–––
⏑⏑–⏑⏑ –⏑⏑– ⏑⏑–⏑ –⏑⏑– ⏑⏑–
⏑––⏑–––––⏑––

IT 402 *ἔβασαν ἔβασαν ἄμεικτον αἶαν ἔνθα κούρᾳ*
= 417 *πλάνητες ἐπ' οἶδμα πόλεις τε βαρβάρους περῶντες*

in stropha de qua iam diximus iambenhopliaca; metro anapaestico (––––) secluditur priapeus finem imponens. fortasse etiam

Hel. 1120—1 *(σέθεν ὦ) Ἑλένα Πάρις αἰνόγαμος πομπαῖσιν Ἀφροδίτας*
= 1135—6 *(Δαναῶν) νεφέλαν ἐπὶ ναυσὶν ἄγων εἴδωλον ἱρὸν Ἥρας,*

si utriusque uersus primas tres syllabas cum antecedentibus coniungis (hiatus in stropha Seidleri coniectura orta est); sed tum ea quae antecedunt minus dilucida fiunt, quamquam non magis scio, quomodo digeram ––––⏑––– quam quo ⏑⏑––––––⏑–––. itaque adhuc ualde dubito mutare extremorum uerborum digestionem quare est in dimetros anapaesticum et iambicum[1].

Rhes. 527 *τίνος ἁ φυλακά; τίς ἀμείβει τὰν ἐμάν; πρῶτα*
= 546 *καὶ μὴν ἀίω. Σιμόεντος ἡμένα κοίτας,*

ithyphallico syncopto, initio strophae dactyloepitriticae.

Herc. 136 *οἵους οἵους ὀλέσασα τούσδ' ἀποστερήσει*

in fine epodi trochaicae.

ibid. 909 *ἐπ' Ἐγκελάδῳ ποτὲ Πάλλας, εἰς δόμους πέμπεις*

post dochmios enhopliacos.

[1] Anapaesti metra digerenti maximas praebent difficultates; nam a ceteris eiusdem strophae metris discrepare solent. nonnumquam Ionicam mensuram patiuntur (uelut ⏑⏑–⏑⏑ –––– ⏑––); si in carmine dochmiaco occurrunt, metrum anapaesticum pro dochmio accipi potest.

Ion. 1078-9 *ὅτε καὶ Διὸς ἀστερωπὸς ἀνεχόρευσεν αἰθήρ*
= 1094-5 *ὅσον εὐσεβίᾳ κρατοῦμεν ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν*

inter dactyloepitritos.

Soph. OR 197-8 *εἴτ' ἐς τὸν ἀπόξενον ὅρμων Θρῄκιον κλύδωνα*
= 209-10 *τὸν χρυσομίτραν τε κικλήσκω τᾶσδ' ἐπώνυμον γᾶς*

in stropha iambica de qua iam compluriens locuti sumus.

ibid. 1097 *ἰήιε Φοῖβε, σοὶ δὲ ταῦτ' ἀρέστ' εἴη*
= 1109 *νυμφᾶν Ἑλικωπίδων αἷς πλεῖστα συμπαίζει*

syncopto ithyphallico, post dactyloepitritos.

Soph. El. 486 *ἅ νιν κατέπεφνεν αἰσχίσταις ἐν αἰκείαις*
= 502 *εἰ μὴ τόδε φάσμα νυκτὸς εὖ κατασχήσει*

item syncopto ithyphallico, post iambos. de horum duorum carminum similitudine admonet Kaibel (in comm. ad Electram, p. 146 extr.).

Trach. 960 *χωρεῖν πρὸ δόμων λέγουσιν ἄσπετόν τι θαῦμα*
= 970 *τί χρὴ θανόντα νιν ἢ καθ' ὕπνον ὄντα κρῖναι*

in stropha iambenhopliaca; a uersu, quem supra memorauimus, secluditur hic dimetro anapaestico. attendatur libera responsio

⏑–⏑⏑⏑⏑–⏑––⏑––.

praeterea conferantur de hoc metro quae ad primum huius scenae colon adnotauimus.

14. Quibus locis occurrat membrum ⏑–⏑– ⏑–– –⏑–.

7. ––⏑– ⏑–– –⏑–: huius uersus formae exempla alia non inueni. ubi syllabarum ille complexus ex iambico metro bacchio cretico constans reperitur, aut cum antecedentibus aut cum subsequentibus tam arcte coniunctus est, ut dissolui nequeat. tales loci sunt:

Aesch. Spt. 780 *(ἀθ)λίων γάμων ἐπ' ἄλγει δυσφρονῶν*
= 787 *τροφᾶς αἰαῖ πικρογλώσσους ἀράς*

et

Soph. Phil. 136 *(στέγειν ἤ τι) λέγειν πρὸς ἄνδρ' ὑπόπταν; φράζε μοι.*
= 151 *(φρουρεῖν ὄμμ' ἐ)πὶ σῷ μάλιστα καιρῷ· νῦν δέ μοι.*

sed quod alia exempla praesto non sunt, fortasse canticorum et carminum, quae nunc habemus, paucitati culpae tribuendum est; neque enim magis iambographi ullius fragmentum exstat ea forma qua Hor. epod. 13 (cf. Schroederi librum l. l.).

15. Quid in praesens de bacchiis habeam quod dicam.

8. Nunc ad bacchios uertamur. de bacchiis qui trimetris inseruntur et qui dochmios subsequuntur, atque de creticis, qui dochmiis antecedunt, uide excursum.

16. Quid de prosodiacis solutae longae statuendum sit.

9. Prosodiaci in dactyloepitriticis saepe occurrunt; solutae longae exemplum non inueni. Telesilleum, quod ad prosodiacum est ut enhoplius *Ἐρασμονίδη Βάθιππε* ad illum *Ἐρασμονίδη Χαρίλαε*, bis occurrit longa soluta:

Ion 1448 *πόθεν ἐλάβομεν χαράν;*

a tetrametro bacchiaco metris anapaestico et iambico seclusus;

ibid. 1509 *ἐγένετό τις οὖρος ἐκ (κακῶν ὦ παῖ).*

utrumque exemplum est dubium; altero loco Wilamowitz *γένοιτο* legit, priore uerbi augmento sublato solutio tollitur [1]. quibus exemplo possis uti uerbis Trach. 885—6 *θάνατον ἀνύσασα μόνα* mutata personarum distributione uidemur sustulisse; Schroeder aliique post *θάνατον* magnum *λεῖμμα* statuunt [2].

---

[1]) Hoc quoque fieri potest ut paeonici generis dimetrum statuamus:

⏑⏑–⏑⏑⏑– ⏑––⏑– ⏑⏑⏑⏑⏑⏑ –⏑–

et ⏑⏑–––⏑– ⏑⏑––⏑– ⏑⏑⏑⏑⏑⏑ –⏑– ⏑–––;

sed ualde dubito. — Dochmium in u. 1448 statuit Wilamowitz deleto *πόθεν* (ante *ἐλάβομεν*).

[2]) Enhopliorum utriusque generis singula solutae longae exempla supra dedi (OR. 883=97; Herc. 1032); aliud ex Euripidis fragmentis sumptum affert Wilamowitz (ad Eur. Herc. u. 136).

17. Quibus locis occurrat metrum ionicum utriusque longae solutae.

10. Rarissimo (in tragoedia; apud Aristophanem saepius) utraque ionici longa soluitur. in uno exemplo non ita certo quod inueni praeterea primo loco longa quae uocatur irrationalis posita est:

Bacch. 410-1 *ἐκεῖσ' ἄγε με Βρόμιε Βρόμιε προβακχήιε δαῖμον*
=428-9 *σοφὰν δ' ἀπέχειν πραπίδα φρένα τε περισσῶν παρὰ φωτῶν,*

quae uerba sic digero:

⏑–⏑⏑ –⏑⏑⏑⏑⏑ ⏑⏑–– ⏑⏑––.

18. Quibus locis occurrat dimeter ionicus ⏑⏑–⏑ –⏑––.

11. Frequentissimus est dimeter ionicus anaclasticus: ⏑⏑–⏑–⏑––:

Ion 1233 *βοτρύων θοᾶς ἐχίδνας*

post duos priapeos, ante glyconeos; puri ionici 1240—1 sexiens deinceps in carmine tristrophico Cycl. 495 (cuius uerba longum puto afferre) ubi sequitur pentameter hac forma:

⏑⏑–– ⏑⏑–– ⏑⏑–– ⏑⏑–⏑ –––.

similem in modum inter ionicos in carmine antistrophico Bacch. 519 (compluriens; non omnia sana sunt).

Aesch. Pers. 86 *(ἀν)δράσι τοξόδαμνον Ἄρη*
= 92 *στρατὸς ἀλκίφρων τε λαός.*
ibid. 96 *(πήδη)μα τόδ' εὐπετῶς ἀνάσσων*

Soph. Ant. 611 *τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον (καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσαι)*
=622 *τὸ κακὸν δοκεῖν ποτ' ἐσθλὸν (τῷδ' ἔμμεν ὅτῳ φρένας)*

in stropha enhopliaca ante Telesilleum, de quo uide supra. fortasse etiam Phil. 711 *ἀνύσειε γαστρὶ φορβάν*
= 722 *πατρίαν ἄγει πρὸς αὐλάν*

inter asclepiadeos. constat Anacreontem hoc dimetro anaclastico inter puros ionicos usum esse; Sappho eum in fr. 88

γλυκεῖα μᾶτερ οὔτοι δύναμαι κρέκην τὸν ἱστόν
πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς Βραδινὰν δι' Ἀφροδίταν

cum dimetro iambico catalectico item Anacreonteo coniunxit, ad quem nunc uertamur.

19. Quibus locis occurrat dimeter iambicus catalecticus.

12. Dimeter iambicus catalecticus eo de quo agimus loco in codicibus semel exstat, in recentiorum textibus ter. quater legitur in nuntii exclamationibus

Herc. 910 *ὦ λευκὰ γῆρᾳ σώματ᾽ — ἄλαστα τὰν δόμοισι — τεθνᾶσι παῖδες, αἰαῖ — στενάζεθ᾽ ὡς στενακτά,*

aliis membris insertis, de quibus inferius,

ibid. 1065—8 *στέναζέ νυν — στενάζω*
— τέκνων ὄλεθρον — ἰώ μοι
— σέθεν τε παιδός — αἰαῖ
— ὦ πρέσβυ — σῖγα σῖγα,

inter dochmios enhopliacos.

Andr. 847—8 *ποῦ μοι πυρὸς φίλα φλόξ;*
ποῦ δ᾽ ἐς πέτρας ἀερθῶ;

bis inter dochmios.

denique Trach. 223—4 *τάδ᾽ ἀντίπρῳρα δή σοι*
βλέπειν πάρεστ᾽ ἐναργῆ,

in fine paeanis iambici quem supra tetigimus et inferius accuratius tractabimus. itaque non habemus cur, etiam quod attinet ad rem metricam, nimis recedamus a codicum uerbis *ἔτεκεν ἔτεκε[ν] μεγάλαν ἀνέορτος ἅδε νύμφα δόμοισι τοῖσδ᾽ ἐρινύν.*

IV. De scenis simillimis.

Postquam singula membra eorumque coniunctiones aliis locis repperimus, nunc nostrum est scenam totam cum aliis scenis comparare. sed priusquam statuamus, quid ei sit peculiare, duas scenas contemplemur, quas eius quam nos tractamus simillimas esse in propatulo est, dico Trach. 205 et Herc. 875.

20. De scena quae est Trach. 205.

Trach. 205 quasi alter fabulae cardo est: ibi laeta de Herculis incolumitate et instante reditu fama, hic tristis de

Deianirae morte uoluntaria nuntius. ambae scenae eam quam ipsi uidemus actionem circumcludunt, Deianirae tragoediam. in prologo Hyllus tantum mittitur, ut postea (734) nuntius reuenire possit; quae parodum sequitur scena Lichae aduentum praeparat; quamquam grauissima nuntii pars, Herculem uiuere, antecipitur, similem in modum atque Deianirae mors trimetris 874 sqq. utroque loco pauci sunt uersus (uiceni fere) et qui responsione carent: ipsa nuntii narratio sequitur. in paeane quamquam prima uerba propter corruptelas et coniecturas incerta sunt, tamen metrum iambicum ignorari non potest. sententiae ita procedunt: tollant clamores triumphi intra pueri cum uiris seruis ad Apollinem conuersi et ancillae ad Dianam: ego salto ad tibiam hedera coronatus [1]. *δόμοις* sine dubio pro locatiuo accipiendum et retinendum est. tunc habemus: ⏓⏑⏑⏑– ⏑–⏑– ⏓–⏑– ⏑⏑⏑– ⏑–⏑⏓ ⏓–⏑– ⏓–⏑– ⏑–– –⏑– ⏓–– ⏑–– ––– ⏑–– ––– ––⏑⏑ ––⏑– ⏑–⏑– ⏑–⏑⏑ ––⏑–⏑–⏑⏑⏑–⏑⏑ ––⏑– ––– ⏑––. duae periodi iambicae, decem et octo metrorum, sola decimi metri catalexi (h. e. forma bacchiaca) diremptae, itaque fortasse cohaerentes; duodeuicesimi metri extrema syllaba corripitur; sequitur tetrameter dactylicus acatalectus, membrum omnibus uersuum generibus acceptum, denique quam in excursu tractamus iambicorum aliorumque carminum clausula, quae constat ex cuiusuis formae metro iambico et ithyphallico.

Altera eius carminis parte chorus id quod Deianira iussit, ipse modo uerbis iterauit, exsequitur, h. e. ducit choros qui sunt pars Dionysiorum Atheniensium, oblitus sibi partes Trachiniarum esse agendas (cf. Wilamowitz, Herc. II² 149). metra sunt iambica quinque, seclusa ancipiti syllaba. sequitur ––⏑⏑ ⏑––‖ –– ⏑–⏑– ⏑–⏑– ⏑–⏑– ⏑–⏑ ⏑–‖⏑– ––⏑– ⏑–⏑– ⏑–⏑– ⏑–– ⏑–⏑– ⏑––: duo bacchii (hiatus), interiectio (quod sequitur *με* fortasse delendum, tunc hiatus), tetrameter iambicus catalecticus, deinde si deles alterum *ἰδὲ* trimeter legitimus duoque dimetri cata-

[1]) Hac interpretatione quam Wilamowitzio debeo superuacanea fit Erfurdtii coniectura a multis accepta *ἁ* (pro *ὁ*) *μελλόνυμφος*.

lectici. ex membris scenae 878 sqq. tetrametrum iambicum syncoptum et dimetrum iambicum catalecticum iam supra notauimus.

21. De scena quae est Herc. 875.

Herc. 875 eadem est condicio atque Trach. 875. Hercules Lyco interfecto in purgatoriis occupatus a Lyssa, quae choro iam antea uisa est, opprimitur et mulierem liberosque trucidat. chorus carmine ea quae intus geruntur prosequitur; audiuntur Amphitryonis clamores, tum nuntius apparet et quae sint gesta pronuntiat, primum alterno sermone, deinde longa narratione (paene centum uersuum). cantico plerumque dochmiaco hoc metrum est (secundum Wilamowitzii textum; quae adhibui metrica sigla facile intellegi posse spero): D VIII + B II J III ⏑́ (syllaba anceps) D B ⏑́ A III + D II + B D IV ‖ (hiatus) D V + enh min (hic lacuna exstat) J + J III ⏑́ △ 4 ‖ J iambelegus et paroemiacus; (1) ⏑–⏑–⏑–⏑ –⏑–⏑⏑ –⏑– ⏑⏑⏑––– + J VI ‖ J + D V ‖ J + J III ‖ interiectio + B III + J II + enh mai. nuntius prodit u. 910:
(2) ––⏑–––⏑ (elisione adiunguntur:) ⏑⏑⏑––⏑⏑⏑–
(3) ⏑–⏑–⏑––⏑ ––⏑–⏑⏑⏑––⏑– ⏑̄–⏑–⏑––
(4) ⏑–⏑–⏑––⏑ –⏑⏑⏑– ––⏑–⏑⏑⏑⏑–⏑́ J III D VIII.

apparet membra, quae signis (1) (2) (3) (4) notaui, congruenter conformata esse; itaque rectum non puto uerba *ὦ λευκὰ* et *ἄλαστα* diuersis metri iambici locis attribuere. potius ex paruitate membri *ἀνακαλεῖς με τίνα βοὰν* syllabam excidisse concludemus (fortasse *ἀνακαλεῖς με τίνα* <*δὴ*> *βοάν*; siue quod Wilamowitz olim coniecerat *ἀνακαλεῖς τίνα με τίνα βοάν;*). primo membrorum signatorum una mora deest; quamquam *δάιον τόδε* uerba quae antecedunt in trimetrum explere potest, cuius extrema syllaba sit anceps, hoc uerisimile non puto, quia tum in (3) atque fortasse etiam in (2) ultimam solutam statuere opus est. itaque in *τόδε* uitium uidetur inesse; cuius uerbi alteram syllabam dittographiam illius *δάι(ον)* dicas, ut ex *τοκέων* corruptum sit, sed fortasse tantum particula excidit qualis *αὖ*. ipsum membrum, de quo agimus, formam habet cretici adiuncto uno (2.3) uel du-

obus (1.4) dochmiis, de qua coniunctura excursu agimus. sed unam difficultatem tollere nequeo, dico elisionem uersus catalectici breui syllaba finiti; nisi forte putamus Euripidem eadem arte usum esse qua poetae epigrammatici, qui nomina propria (etiam appellatiua composita) dactylico metro non apta qualia *Νικομήδης*, *Ἀριστογείτων* inter hexametrum et pentametrum diuidebant. ex membris de quibus supra egimus hic dimetrum iambicum catalecticum repperimus. ex dochmiis praecipue constant astropha Euripidea; etiam iambelegum ibi saepe uidemus.

V. De nuntiorum orationibus.

Postquam scenam ipsam eiusque affines contemplati sumus, animum conuertamus ad eas scenas, quibus cum ea quam tractamus aliquid est commune. itaque primum de nuntiorum orationibus agam, deinde de astrophis, denique nonnullarum quas perstrinxerimus scenarum metra digeram.

22. De nuntiorum orationibus omnino.

Nuntiorum orationes pleraeque ut narrationes epicae uersibus scriptae sunt *κατὰ στίχον* positis, h. e. trimetris iambicis aut — id quod multo rarius euenit — tetrametris trochaicis. omnes hoc loco enumerare opus non puto neque omnino clarum et distinctum uidetur genus; ita dubitet quis an eo referendi sint loci quales (ut his exemplis utar) Tr. 663, 734, quibus non seruus aut nuntius ad hoc constitutus sed unus ex eis qui principales agunt partes loquitur, uel quales Hec. 658, ubi non longa oratione sed alterno sermone nuntius refertur. in illis nuntiis fabulis innectendis quamquam certa uidentur usi esse poetae ratione, tamen praeter eas quas dixi dubitationes accedit quod in Aeschyli Sophoclisque fabulis parum copiae habemus quam ut de ea re satis certe iudicare possimus. sed operae pretium est quaerere, quatenus cum lyricis, inprimis astrophis, nuntiorum orationes sint coniunctae.

23. Quatenus cum lyricis nuntiorum orationes sint coniunctae.

1. Raro fit ut ipse sermo alternus, per quem adnecti solet nuntii oratio cantico chori, sit lyricis scriptus metris: praeter Trach. 875, unde exorsi sumus, et Herc. 875, ubi paulo alia res est, cf. infra, tantum Bacch. 1025 commemorandum est, si quidem, id quod multi dubitant, u. 1036 (Θήβας ἀνάνδρους ὧδ' ἄγεις;) sanus est.

2. Saepius astrophis nuntius per alternum sermonem adnectitur, scilicet

a) chori carmini: Cycl. 356. Bacch. 604 (ubi alterni sermonis prior pars lyrica, epodum subsecuta). Trach. 205. Herc. 875 (ubi sermo alternus lyricus);

b) actoris monodiae: Hec. 1056. [IA 1532].

3. Nonnumquam nuntii oratio lyricis immiscetur: Phoen. 1335. Ion. 757. Bacch 1025 (de qua scena uide quae supra notauimus); quae lyrica antistrophice sunt composita Ant. 1278;

4. aut ipsa lyricis metris conscripta est: Or. 1369 (Phrygis monodia); Eur. El. 1177. Soph. El. 1398 (utraque scena antistrophica). accedunt anapaesti qui leguntur Rhes. 784.

5. Restant nonnullae fabulae, in quibus nuntius iteratur, atque id quidem lyricis metris: Phoen. 1539 (dithyrambus). Ion. 757. Herc. 1178. Bacch. 1169. omnia haec carmina amoebaea sunt, postremum antistrophice compositum [1]).

Itaque Sophocles in eis potissimum fabulis in quibus Euripidis sequitur auctoritatem lyrica cum nuntiis coniunxit.

VI. De tragicorum astrophis omnino.

24.

De astrophis Aeschyleis et Sophocleis non multa mihi sunt dicenda, non propter paucitatem fabularum seruatarum,

[1]) Aliter iudicandum est de Spt. 375 et Pers. 249. ubi nuntius chori carminibus identidem interrumpitur.

sed quia haec carminum forma Euripidi multo magis in deliciis fuit quam ceteris duobus poetis.

1. Apud Aeschylum, imprimis prioribus fabulis, chori carmina dialogo praeualere nemo nescit, neque minus constat haec chori carmina ex satis multis neque ita magnis strophis constare. astrophis canit introgrediens chorus Septem fabulae (78) et Eumenidum (254, in epiparodo); astrophis queritur Io (Prom. 561) et Choephororum chorus (Ch. 153); quarum fabularum illa breue chori carmen astrophum continet (Prom. 687), haec paucorum uerborum exclamationem (Ch. 869). de Suppl. 825—42 propter corruptelas iudicari posse nego.

2. De Sophocle etiam pauciora habeo quae proferam. praeter eas quas iam contemplati sumus Trachiniarum scenas (205 et 875) et eiusdem fabulae carmen amoebaeum (1004) Aiacis commemoro epiparodum (866), de qua tamen dubitare possis, an strophice sit composita, etiamsi nihil inter 869 et 870 suppleas. praeterea duae epodi ad nostram rem pertinent, quae dithyramborum amoebaeorum formas induerunt, dico OC. 207 et Phil. 1170. de Electrae threno anapaestico (78), quem multi antistrophicum putant, Kaibel astrophum, uix nobis dicendum erit.

3. Longe aliam rationem secutus est Euripides. quamquam primae tres fabulae astrophis uidentur carere; nam in Medeae uersibus 131—6 corruptelam latere puto, et eiusdem fabulae uersus inde a 1271 Wilamowitz restituit, cum transferret 1271—2 post 1273—4, ita ut respondeant 1271—81 = 82—93. in insequentibus fabulis omnibus carmina astropha occurrunt, plerumque complura in eadem fabula; quae fere ad Electram modicis continentur finibus, deinde uero mutantur in dithyrambicas monodias et amoebaea carmina, cuius exemplum iam ante id tempus habemus in Hecuba (1056) et paucis annis ante Electram in Ione (1441). ceterum quibus in fabulis quibusque locis astropha occurrant, facile cognosces ex hac tabula, in qua quos modo dixi dithyrambi crassis litteris notati sunt.

Alcestis
Medea (u. s.) } astrophis carent.
Heraclidae

Hippolytus 58. 1268. 1378.
Andromacha 833.
Hecuba 681. 1025. **1056.**
Supplices 271. 918. 1072.
Hercules 875. 1016. 1178.
Ion 763. 1229. **1441.**
Troades 235. 1216. 1287.
Electra 585.
Iphigenia Taurica 643. **824.**
Helena **330.** 515. **627.**
Phoenissae **103. 291.** 1335. **1485. 1710.**
Orestes **1369.**
Bacchae **576.** 1032. 1152.
Iphigenia Aulidensis **1284.** 1330. **1475** usque in interpolationem.

Rhesus 675. 728.
Cyclops 49 mesodus. 356. 495 tristophicum. 608. 656.

VII. De astrophis Euripideis.

25.

Nunc ad metra ipsa accedo. astropha Euripidea perlustrare hoc loco omitto, partim quia parum ex eis usus capi potest, partim quia complures in eis exstant difficultates neque eae omnes adhuc sublatae, quas hoc loco euoluere longum est. Rhesum et Cyclopem omnino missum facere possumus. plerumque astropha metro dochmiaco conscripta sunt, nonnumquam plus minusue aliis membris admixtis. ex hoc genere sunt Hipp. 1268. Andr. 833. Hec. 684. 1025. 1056 (Polymestoris dithyrambus). Suppl. 1072. Herc. 875 (de quo loco uide supra). 1016. 1178 (quae tria carmina iam dithyramborum formas induere incipiunt). Ion. 763. Troad. 239. 1216. El. 585. IT 643. 824. Hel. 627. Phoen. 103. 291 ex parte. 1335. Bacch. 1032. 1152[1]). in

[1]) Accedit nunc Hypsipylae magna scena plerumque dochmiaca (u. 1593).

aliis periodos iambicas, nonnullas ingentis magnitudinis, adhibuit poeta, saepe insertis dochmiis aut anapaestis: Hipp. 1378. Suppl. 918. Troad. 1287. Hel. 330. Phoen. 291 ex maiore parte. 1710. Bacch. 576 (admodum corrupti uersus). IA 1284. 1475. in hac re animaduertendum est complures scenas et ad hoc et ad prius genus trahi posse, scilicet eas quas iambodochmiacas uocant. rariores sunt scenae astrophae glyconeis conscriptae: Hipp. 58 (ubi praecedit colon dactyloepitriticum). Ion. 1229. Hel. 515. metrum dactylicum exstat Suppl. 271. IA 1330. restant dithyrambi ex omnibus metrorum generibus mixti (praeter eos quos iam dixi): Ion. 1441. Phoen. 1485. Or. 1369.

VIII. De astrophis Aeschyleis.

Multo facilius quam in canticis Euripideis apud Aeschylum nostra res procedet. in quattuor tantum fabulis, sex tantum locis apud eum exstant astropha, plerumque dochmiaca; sed utile erit omnia perlustrare.

26. De carmine quod est Spt. 78.

Primo loco commemorem parodum fabulae quae Septem aduersus Thebas inscribitur, inde a u. 78. nouem dochmii, quorum primo praepositus est anapaestus pes, quem sic constare non posse editores uiderunt; qua de causa aliquid uerbum proceleusmatici forma supplendum putauerunt, quale *νεόκοτα* (Dindorf) siue *ὀλόμενα* (Schroeder), ut dochmius oreretur. ancipiti syllaba finitur haec periodus. metrum dochmiacum continuatur, singulis locis interposito bacchio et cretico[1]). 100: trimeter iambicus. deinde trimeter dochmiacus, trimeter iambicus, pentameter bacchiacus, tetrameter dochmiacus[2]). trimetri iambici inter lyrica eadem ui debilitante sunt qua in recentium linguarum fabulis pe-

[1]) Si retineas *βοᾷ* u. 88, melius erit *δ'* post id uerbum inserere, quamquam etiam uerba sic ut tradita sunt habent quo defendantur.

[2]) Ceterum ubi huius parodi incipiat responsio, propter corruptelas parum constat.

dester oratio inter uersus. saepius hac arte usus est Euripides, cf. Herc. 891. Or. 1447 aliisque locis.

27. De carminibus quae sunt Prom. 561 et 687.

Prom. 561 ab anapaestis incipit usque ad u. 565; deinde[1]) haec habemus:

⏑–⏑– ⏑–⏑– ⏑––⏑
––⏑–––⏑– ⏑–– (ἄλεν δᾶ)
––⏑– ⏑––⏑– ⏑––
⏑ ⏑⏑–⏑– ⏑ ⏑⏑–⏑–
⏑–⏑– ⏑–⏑– ⏑––|
–⏑⏑– ⏑––
–⏑⏑– ⏑–⏑– ⏑–⏑–
⏑–⏑⏑⏑– ⏑⏑⏑–––:

post interiectionem quattuor trimetri iambici catalectici, quorum extremus dimetro dochmiaco a prioribus secluditur. ut inter alterum et tertium alius exciderit, cuius extremum uerbum fuerit φοβοῦμαι, fieri posse non negauerim. finitur hoc carmen dimetro iambico, quem etiam pherecrateum aut dochmium caudatum uocare licet (de quo conferas quae in excursu exposuimus), trimetro iambico, dimetro dochmiaco. sequitur carmen Ius strophicum, ita ut uersus de quibus diximus pro proodo accipere possimus.

In eadem fabula chorus Ius orationi carmine astropho finem imponit (u. 687):

⏑⏑⏑–‖⏑⏑⏑–‖–⏑– ⏑––⏑– [2])
⏑––⏑– ⏑⏑⏑–⏑–
––⏑– ⏑–⏑– ⏑–⏑
–⏑⏑–⏑⏑ –⏑⏑––
––––––⏑⏑–
⏑– [3])
⏑–– ⏑––.

---

[1]) Textum apponere opus non puto. — In his et insequentibus carminibus digerendis, nisi me discrepare dixi, Schroederi textum in legentium manibus esse confido.

[2]) „Numquam putabam insolita uerba aures meas perstrictura esse" iners uidetur sententia. fortasse aliquid excidit. per οὐπώποτ' altero loco positum uitium non tollitur.

[3]) Vtrumque ἰώ retinendum.

incipit a tribus creticis, quorum et primus et alter (qui ex interiectionibus constant) hiatu segregantur, sequitur tetrameter anapaesticus (πήματα λύματα δείματα κέντρῳ ψύχειν ψυχὰν ἀμφήκει ἐμάν), interiectio (prius ἰώ), dimeter bacchiacus, trimeter iambicus. ceterum complura in hac scena incertissima sunt.

28. De carminibus quae sunt Choeph. 153 et 869.

Choeph. 153 chorus, cum Electra in patris sepulcro ornando sit occupata, paruo carmine mortui auxilium implorat. incipit hoc carmen a periodo iambica octo metrorum:

Α ⏑–⏑–⏑|⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–|⏑–– ⏑⏑⏑⏑⏑⏑ ––––|⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑|––⏑–,

quorum primum et quartum cretici formam induerunt; itaque λεῖμμα ante ἵετε statuendum est (ut recte Schroeder, paulo aliter Wilamowitz). illi periodo iambicae adnexus est tetrameter dochmiacus, qui ancipiti syllaba finitur. deinde post interiectionem dochmiacam alia periodus, ut uidetur, octo metrorum, sed admodum corrupta neque nobis h. l. restituenda.

In eiusdem fabulae u. 869 paucae exstant exclamationes; tres dochmii, ante tertium creticus.

29. De carmine quod est Eum. 254.

Postremo loco ex Aeschyleis habeo quod commemorem illud carmen quod est Eum. 254, quod cum decem trimetris qui antecedunt chori format epiparodum. dochmiacum[1]) est hoc carmen, sed admixti sunt iambici uersus, scilicet dimeter 258, trimetri 261 (adnexo dimetro). 264. 267. 269. 272. 273. praeterea 268 creticos habemus duos dochmio antepositos, sed ex quibus Wilamowitz efficit tetrametrum iambicum, cum legat (Übersetzungen II 299) ὡς ἀντιποίνους τίνῃς ματροφόντας δίκας. creticus ante dochmios etiam 271 exstat.

---

[1]) Cum nihil habeat hoc carmen quod grauiores praebeat digerenti difficultates, numerorum formam non apposui.

IX. De astrophis Sophocleis.

30. De carmine quod est Ai. 866.

Sophocles ne tot quidem quot Aeschylus est usus astrophis. praeter duas illas Trachiniarum scenas de quibus iam egimus (205 et 875) Aiacis fabulae epiparodum afferre possumus, quae est inde a u. 866. in qua scena in ipsis uerbis inhaeret difficultas, dico 869 *κοὐδείς ἐπίσταταί με συμμαθεῖν τόπος*. sed hoc uidetur constare, trimetri formam seruandam esse. tunc habemus: ⏑––– ⏑–––––––⏑–⏑––– ––⏑– ⏑––– ⏑–⏑– ⏑–⏑– ––⏑– ⏑––⏑ –––– –––– ––⏑– eqs.; dimetrum iambicum, spondeum, dimetrum iambicum oppressa prima syllaba, trimetrum, interiectionem, dimetrum qualis est 878, bis trimetrum adiuncto bacchio, tres trimetri, deinde canticum strophicum. concinnitatem interiorem exstare nemo negare potest; quaeritur utrum ueram responsionem statuamus necne. habemus hanc formam:

x	y ab	y′ ab	cb	cb	bb
Pr	A	A	B	B	Ep.

perfecta erit responsio, si uerba *πᾶ πᾶ* interiectioni *ἰδοὺ ἰδού* respondere putabimus. tunc enim prodeunt duae strophae (totidemque antistrophi) cum proodo et epodo. sed hae strophulae uix eis praestant quas G. Hermann et aliis locis et Trach. 875 statuit. itaque concinnitatem hoc loco concedemus, responsionem non intrudemus.

31. De carmine quod est Trach. 1004.

Fabula de qua agimus praeter duo illa carmina tractata (205 sqq. 875 sqq.) etiam tertium astrophum continet, dico Herculis monodiam quinque senis et Hylli hexametris interruptam quae est inde a u. 1004. quae cum admodum corruptum praebeat textum, satis habeo nonnulla mutanda proponere et metrorum schemata quem in modum mihi uerisimillima uidentur addere.

1005—6 triplicem formam eiusdem uersus praebent (similem in modum Brunck) scilicet

ἐᾶτέ μ' ἐᾶτέ με {*ὕστατον* / *δύσμορον* / *δύστανον*} *εὐνάσαι* (s. *εὐνᾶσαι*).

in quo et metro et grammaticae et arti criticae sufficitur hac lectione:

ἐᾶτέ μ' ἐᾶτέ με δύσμορον εὐνᾶσθαι

⏑–⏑⏑–⏑– | –⏑⏑⏑––– (dimeter dochmiacus).

infelicis usitatius apud poetas uocabulum irrepsit pro *δύσμορον* atque in *ὕστατον* corruptum est.

1007—8 tria metra anapaestica, medium catalecticum:

1009 –⏑–⏑⏑⏑–⏑ | –––⏑– dimeter iambicus.

1010—4 quinque hexametri.

1015 interiectio.

1016—7 –⏑⏑––––⏑⏑⏑–⏑⏑–––⏑–––––– metrum anapaesticum, dimeter iambicus, dochmius.

1018—22 quinque senis et Hylli hexametri.

1024 –––––⏑– dimeter iambicus.

1025—6 tres dochmii, ante tertium interiectio.

1028—30 trimeter anapaesticus et dimeter iambicus (cf. 1007—9). sequuntur quinque hexametri quibus numeri 1031—40 tribui solent.

1041—3 quattuor dochmii (*μ'* post alterum *εὔνασον* transferendum).

Mirum in modum conexam responsionem in hoc carmine, cuius ne uerbum quidem choro est tributum, statuere solent editores omnes, scilicet ABCACDBCD siue A(BC)ACD(BC)D; quod quantas mutationes secum traxerit facile est intellectu.

32. De carmine quod est Phil. 1170.

Iam de Sophoclis astrophis satis multa dixissemus, nisi in postremis duabus fabulis singulae exstarent scenae, quae quamquam ut epodi strophico carmini sunt adiunctae, tamen dithyramborum polymetrorum induerunt formas, qua de

causa dignae sunt, quae hoc loco accuratius explicentur. in Philocteta (1081) querellis aegrotantis, arcu priuatus quam sit miseram uitam acturus, immixtae sunt chori adhortationes, inducat animum Troiam sequi, quod ille uehementer repudiat. strophae sunt iambis et glyconeis conscriptae, intermixtis nonnullis membris dactylicis aliisque. epodus de qua locuturi sumus incipit a u. 1170. in textus u. 1175 *ἐμοί* quod deleuit Wilamowitz retineo; de 1212 et 1216 inferius dicemus.

1170-6: ⏑–⏑– ⏑–⏑– –⏑– ⏑–⏑– –⏑– ⏑–⏑– ⏑–⏑– ⏑–⏑–|⏑–⏑–
⏑|⏑⏑–⏑⏑– ⏑⏑ – – ⏑⏑ – – ⏑⏑ – –,

periodus brachycatalectica XIV metrorum, decem iambicorum, quattuor ionicorum (quod colon Sotadeum uocare solemus), sine rhythmi metabola.[1]) deinde:

1177-9: ⏑⏑–⏑ –⏑–– ⏑⏑–⏑ –––|⏑⏑– ⏑⏑– ⏑⏑–– ⏑⏑––––;

nouem metra ionica a minore; initio duo dimetri (Anacreontei) segregari possunt. geminatum *ἴωμεν* aut pro duabus extra metrum interiectionibus aut pro Reiziano accipiendum est.

1181-5: –⏑⏑– ––⏑–– –⏑⏑– ––⏑⏑– ––⏑⏑– ⏑⏑⏑,––⏑–– ⏑–––|⏑⏑–

item nouem metra ionica a minore, sed plerumque (I. III—VI.) choriambi forma (–⏑⏑– pro ⏑⏑––), bis (II. VII) epitriti[2]) ultimum catalecticum. alium quoque in modum ut digerantur uersus fieri posse non nego; neque uero hic locus est quo controuersias dirimam. uersuum usque ad 1209 metra perlustrare uix opus erit; plerique sunt aut tetrametri dactylici aut glyconei; praeterea dimeter anapaesticus (1187),

---

[1]) Metrum iambicum et ionicum a maiore eiusdem rhythmi esse ea re cognoscitur quod pro utroque idem epitritus tertius poni potest: ⏓–⏑– et ––⏑⏑, neque minus paeon alter: ⏑–⏑⏑ (in uersus fine, ut quidem uidetur; nam re uera breuis syllaba finalis uacuo temporis spatio in longam suppletur) et ⏓–⏑⏑. plura hoc loco ut exponam facere non possum.

[2]) Sic explicandum erit quod nonnumquam choriambo epitritus uidetur respondere, ut in eiusdem fabulae u. 1100 *τοῦ λῴονος* = 1121 *καὶ γὰρ ἐμοί.* cf. quae Blaſz exposuit in Bacchylidis edit. III. prf. p. XLIII.

glyconeus caudatus (1192), Reizianum (1193)[1]), enhoplius ⏑–⏑⏑–⏑⏑–– (1209)[2]).

1210-1: ⏑⏑⏑|⏑⏑⏑ ⏑––|––|⏑–– tetrameter iambicus[3]); sequitur hiatus.

1212 Radermacher coniecit *οὐ γὰρ ἔστ᾽ ἐν φάει γ᾽ ἔτ᾽ ὦ κτέ.* hac coniectura accepta habemus:

–⏑– –⏑–⏑ –⏑⏓

–⏑–⏑–⏑– –⏑–⏑ –⏑–⏑ –⏑–⏑ –⏑–

⏑––⏑–⏑⏑––

⏑––⏑–⏑––⏑

⏑–⏑–⏑;

duae periodi trochaicae (siue mauis iambicae) ancipiti syllaba seiunctae, III et VI metrorum; duo enhoplii, membrum ⏑–⏑–⏑, quod an pro Reiziano exstet ualde dubitauerim; simile illud quod legitur (–⏑⏑–⏑––) OC 518 *στέρξον ἱκετεύω* = 531 *παῖδε δύο δ᾽ ἄτα* et Pers. 634 *βάρβαρα σαφήνη* = 641 *δαίμονα μεγαυχῆ* fortasse pro dimetro ionico accipiendum erit (⏑⏑–⏑ ––). eius de qua agimus membri formae nonnulla incerta exempla afferre possum, quod quia parum usus habet omitto. coniecturis si liceret metro mederi, *οὐδὲν γὰρ ἔτ᾽ εἰμί* scribere posses; sed non fas est quando metra non possumus explicare uerba mutare. non tantam metrorum uarietatem hic esse quantam apud Euripidem facile intellegitur.

33. De carmine quod est OC. 207.

In Oedipo Coloneo (u. 207) Oedipus postquam multum cunctatus quis sit confessus est, a Colonensibus perterritis e loco sacro expellitur, quod Antigona multis precibus et lamentis deprecari studet. u. 210 tertium *μή* retineri potest.

---

[1]) Videntur 1192—3 in tetrametrum ionicum coniungi posse: ––– ⏑⏑––––⏑|–– ⏑⏑––; sed personarum mutatione uetamur hoc statuere.

[2]) Apud Radermacherum deleto altero *φονᾷ* Reizianum; causam non uideo.

[3]) Siue 1210 ⏑⏑⏑|⏑⏑⏑ ⏑–– dimeter iambicus; 1211 *ποῖ γᾶς; — εἰς Ἅιδου* dochmius.

uersus 207—15 a Wilamowitzio tractati sunt (Isyllos von Epidauros, p. 153), qui eos digerit in XVII metra ionica[1]):

–⏑⏑⏑– ⏑⏑–⏑ –⏑⏑⏑– ⏑–⏑–
––– ⏑⏑–⏑ –––– ⏑⏑–⏑ –⏑––
⏑⏑–– ⏑––– ⏑⏑–– ⏑⏑––
⏑⏑–– ⏑⏑– –⏑–– ⏑⏑–,

cui mensurae uidetur parere membrum quod subsequitur quater positum[2]) –⏑⏑– ⏑⏑–⏑ ⏑⏑–⏑⏑ ––⏑–⏑⏑–– et illud geminatum quod pro tetrametro anapaestico accipiat quis: ––– ––⏑⏑ ––⏑⏑ –⏑⏑– ⏑⏑––.

---

[1]) De hac primorum uerborum mensura habeo quod mihi dubitationem moueat. quod enim adhuc uideam, metrum ionicum uidetur in eadem periodo aut eos pedes admittere pro quibus „alter" epitritus (–⏑––) aut eos pro quibus „tertius" (––⏑–) poni potest. tertius alteri anteit in colis ––⏑–⏑–⏑–– et ––⏑–⏑⏑–– (pro ––⏑–––⏑––), alter tertio antecedens choriambo dirimi solet (ut in uersu Sapphico hendecasyllabo –⏑––– –⏑⏑– ⏑––). utriusque generis cola quin in eadem stropha exstent et alternent, nil obstat. in Aristophanis fabularum canticis pauca sunt exempla quae ab hac lege discrepent; ex eis Nub. 812 synizesi tollitur (⏑–⏑– ––––––⏑⏑– ⏑––), 952 in stropha (non in antistropho) nescio an mutandum sit, dum reliquis locis difficultas alia fortasse digestione tollitur, quamquam plura in hac re adhuc non uideo. eo loco de quo nos agimus syllabam superuacaneam esse uix continget ut demonstretur; nam *τόδε* necessarium est, neque *ἐνέπω* (una *ν* littera) in tragicorum usu fuit. — uerba *μὴ* — *ματεύων* possunt accipi pro duobus glyconeis adiuncto metro iambico catalectico (pro glyconeo et phalaeceo), cuius uersus forma acatalectica Alcaeus usus est fr. 56 B-H-C, atque ita accipiendum erit OC 668 = 681 in carmine uersibus Aeolicis scripto. qua ex re iterum apparet (cf. Wilamowitz, Isyllos p. 133 n. 10) ex uersibus dissociatis non dignosci posse utrum cum glyconeis an Ionicis nobis res sit. idem dici potest de phalaeceo (⏓⏓–⏑⏑–⏑–⏑–– uel ⏓⏓– ⏑⏑–⏑ –⏑––) et pherecrateo (⏓⏓–⏑⏑–– uel ⏓⏓–⏑⏑–– cf. Eur. Bacch. 1176 = 92).

[2]) Aliam digestionem praeferat aliquis: prior pars eius coli (quod finitur in dimetrum anapaesticum catalecticum) uidetur constare ex duobus dactylis (ut nonnulli, ut puto, recte dicunt, metro dactylico) et –⏑–⏑–, quod pro metro siue trochaico siue iambico possumus accipere. si priorem sequimur rationem, Alcaicum decasyllabum soluta paenultima statuere possumus; sed alterum praestare puto. dactylos secutum hoc membrum legitur in notissimo Iliadis uersu *M* 208 *Τρῶες δ' ἐρρίγησαν ὅπως Ϝίδον αἰόλον ὄφιν*. loquitur de his uersibus (qui *μειουροί* uocari solent) W. Schulze in Quaestionibus Epicis inde a p. 430 eorumque magnum numerum in Homeri carminibus restituit. causam eius singularitatis omittit quaerere; putauerim poetam, cum

quae adhuc spectauimus uerba inter Oedipoda et chorum diuisa erant; nunc chorus solus canit systema dactylicum, quod constat ex tredecim dipodiis et clauditur dimetro iambico catalectico.

Antigonae monodia quae deinde sequitur (237—53) initio ionicam uidetur pati mensuram: –⏑⏑– ⏑⏑– ––⏑⏑ –⏑⏑⏑– ⏑⏑–⏑⏑ ––– ––– ⏑⏑–⏑ ––; sed fortasse praestat illa: –⏑⏑– ⏑⏑–– ⏑–⏑⏑–⏑⏑– –⏑⏑–⏑⏑–– –––⏑⏑–⏑––. reliqua pars est dactylica[1]), bis inserto illo colo dimetro –⏑⏑–|––– (242. 249), adiuncto thymelico (–⏑⏑⏑– *εἰ θεὸς ἄγοι* · fortasse 252—3 miurus? cf. ad 216—23). hiatu segregatur ithyphallicus. num casu tantum factum sit, ut in hac scena poeta eodem metro sit usus quo Euripides in simili scena Phoen. 1485, omitto diiudicare.

X. De histrionibus.

Nunc mihi alia quaedam res exponenda est, quae cum ea de qua agimus arcte coniuncta est, quem in modum poetae cum omnia lyrica tum astropha actoribus canenda distribuerint. atque priusquam alterum poetam alterum esse imitatum dicemus, oportebit euoluere, quam quisque in hac re rationem sit secutus.

---

imparem breuium numerum metrum dactylicum non patiatur, in thesi breuem syllabam admisisse, quod et in primo et in ultimo pede licuisse Schulze demonstrat. similiter res se habet in uerbis *ἀθανάτοισι ἀπονέεσθαι* multisque aliis. poterat igitur Sophocles, quod in hexametris poetis epicis licuisse uidit, id etiam in tetrametro sibi permisisse. iambicos uersus quibusdam locis admittere dactyli formam (h. e. in eodem pede et irrationalem longam et solutionem), quibusdam (in extremo metro trimetri tragici) repudiare inter omnes constat: thymelicus pes, qui hexametri fini (´⏑⏑⏑–) conueniebat, a trimetri tragici fine (–⏑⏑⏑–) alienus uidebatur; siue comico quodam effectu erat non minus quam scazontis spondeus, siue illa trimetri regula ad eandem causam referenda sit atque canon Porsonianus. — ex illa quoque chori periodo quae subsequitur non minus quam ex multis aliis locis cognosci potest et dactylos saepe iambis immisceri et iambos dactylis.

[1]) Si 252 Triclini probes coniecturam *βροτὸν* pro *βροτῶν*. Schroeder post glyconeum unum iterum membrum –⏑⏑– ⏑⏑⏑– statuit.

34. De histrionibus Aeschyleis.

Ex Aeschyli fabulis Persae anno 472, Septem 467, Orestea 458 actae sunt. inter has fabulas circa annum 465 reformatio dramatum facta est, qua, ut quidem uidetur, tertius actor a Sophocle, homine triginta fere annorum, constitutus est. itaque facile intellegimus, cur in Orestea tres habeat Aeschylus actores, in reliquis fabulis duos. simul Prometheum, qui et ipse tertio actore caret, seruatarum fabularum extremam esse non posse apparet. si Choephoros primum omittimus (cur, postea apparebit), unus tantum in unaquaque fabula cantat, in Supplicibus κῆρυξ, in Prometheo Io, in Agamemnone Cassandra (Clytaemestrae anapaesti tantum tributi sunt), in Persis Xerxes. in Septem et Eumenisin chorus solus cantat. alia res est in Choephoris per magnificum illud carmen amoebaeum quod per 160 uersus pertinet, in quo Orestes Electra chorus pariter sunt occupati.

35. De histrionibus Sophocleis.

Sophocles aeque atque Euripides in omnibus fabulis tertium actorem, quem introduxit, etiam adhibuit; in extrema fabula etiam quarto actore eum usum esse uerisimile est. praeter protagonistam in omnibus fabulis (excepto Philocteta) deuteragonistae quoque cantica tributa sunt, in Trachiniis et in Oedipo Coloneo etiam tritagonistae. hic enim in Oedipo Coloneo Creontis et Ismenae partes agit; in Trachiniis Deianiram et Herculem primo, Hyllum et Licham alteri, reliquas personas (inter quas etiam nutricem) tertio actori tribuendas puto.

36. De histrionibus Euripideis.

Euripides in septendecim tragoediis (in quorum numero Rhesus et Cyclops habendi non sunt; praeterea chori tantum cantus continent) una in Medea nullum actori tribuit canticum (propter primae personae magnitudinem). quattuor in fabulis unus cantat, in Heraclidis Iolaus, in Hercule

Amphitryo, in Iphigenia Taurica ea a qua fabula nomen duxit, in Oresta Electra et Phryx, quas personas ab eodem histrione actas puto [1]. ex his Amphitryoni duo carmina tributa sunt (1042. 1178. praeterea nonnullae exclamationes in scena quam contemplati sumus), Iphigeniae duae monodiae (143 plerumque anapaestica; 827), cum Phryx dithyrambum plus centum triginta uersuum referat. in Andromacha, quae in priorum fabularum numero uidetur habenda, tres uidemus canentes, Andromacham, Pelea et Hermionam, Molossum [2]. in Phoenissis tribus actoribus (Iocastae et Creonti, Antigonae, Oedipodi) satis multa cantica tributa sunt. dubia res est in Ione, cum fieri possit, ut paedagogi trimetrorum partes recitatae, non cantatae sint.

XI. Quatenus in astrophis adhibendis tragici alter ab altero pendeant.

37.

Similiter res se habet in astrophis. Aeschylus praeter chorum soli Ioni furenti et fortasse Supplicum fabulae praeconi (quod quidem in tanta corruptione minime probabile est) astropha dedit. apud Sophoclem ex prioribus tribus fabulis sola Aiacis epiparodus responsione caret. Trach. 205 astropha choro sunt tributa, 875 uero praeter chorum nutrici, 1004 Herculi monodia. in posterioribus tribus habemus monodiam (anapaesticam, in Electra) et duo cum choro amoebaea, quorum alteri unus (Philoctetes), alteri duo (in Oedipo Coloneo) intersunt actores, utrumque epodi loco. Euripides quamquam et ipse choro astropha dat, tamen cedunt haec paulatim monodiis et carminibus

[1]) Phryx qui in hac una scena apparet atque plerumque cantat, pauca loquitur, a quarto histrione imprimis cantatore actus esse potest; sed de hac re dubitare licet.

[2]) Molossum ut aliarum fabularum pueros a quarto puerili actore actum esse uerisimile est: cf. quae Wilamowitz exposuit in Alcestis uersione, p. 93—4.

solutis dithyramborum forma, quae magis et magis increbrescunt. ita ex astrophis quattuor extremarum fabularum (Phoenissarum Orestae Iphigeniae Aulidensis Baccharum) solum illud epodicum Bacch. 576 choro tributum est

XII. Quid ex eis quae exposuimus sit concludendum.

38.

Iam in eo est, ut quae diximus comprehendamus et quaeramus, quatenus Sophocles pendeat ab Euripide.

1. Lyrica nuntii orationis partibus inseruntur ab Aeschylo, cum oratione coniunguntur saepius ab Euripide; a Sophocle solis in Trachiniis.

2. In astrophis adhibendis quin Sophocles Euripidem sit secutus, mihi non dubium est; sed ea ad sanum modum reduxit neque hunc transgressus est; astropha tantum in Trachiniis *ἐμβλήματα* esse apparet.

3. Quod attinet ad rem metricam, Sophocles in Trachiniis nondum ita multum imitatus uidetur Euripidem; membra eius scenae, quám nobis tractandam proposuimus, saepe ex Aeschyli fabulis, nonnumquam solis ex Aeschyli fabulis exemplis confirmare potuimus.

4. Soli Euripidi debetur, quod actor inferior ad cantica adhibetur; quamquam ei qui canit non tam multa tamque difficilia praestanda sunt quam protagonistae Orestis fabulae [1]) aut actoribus Phoenissarum.

Itaque uidemus Sophoclem non omnia quaecumque fecit Euripides temere imitatum esse. quamquam multa, quae collega iunior noua instituit, et ipse accepit, tamen eis rebus modum et certos fines imposuit; Trachiniae (et de eis quae eiusdem aetatis erant fabulis fortasse idem dicere oporteret) quasi experimentum noui generis accipiendae sunt.

---

[1]) Sed conferas quae paulo superius de Phrygis dithyrambo exposuimus.

XIII. Excursus de pedibus paeonicis[1]) inter trimetros et dochmios.

39. De bacchiis dialogo interpositis.

Inter trimetros sparsi bacchii saepe apud Sophoclem leguntur, in dialogo ut affectum cuiuscumque modi significent, in trimetris lyricarum partium respondentium etiam sine hoc consilio. prioris generis sunt:

Trach. 865 *τί φημί;*	OR 1468 *ἴθ' ὦναξ.*
Trach. 868 *ξύνες δὲ.*	OR 1471 *τί φημί;*
Phil. 750 *ἴθ' ὦ παῖ.*	OR 1475 *λέγω τι;*
OC. 318 *τάλαινα.*	OC 1271 *τί σιγᾷς;*

alterius:

Ai. 897 *τί δ' ἔστιν;*	= 943 *ξυναυδῶ.*
El. 1237 *τί δ' ἔστιν;*	= 1258 *τί δρῶσα;*

fortasse etiam

Ai. 873 *τί οὖν δή;*	= 875 *ἔχεις τι;*

de quo loco in textu locuti sumus. dimeter bacchiacus post trimetrum iambicum exstat

El. 1280 *ἦ κάρτα κἂν ἄλλοισι θυμοίμην ἰδών.* – *ξυναινεῖς;* – *τί μὴν οὔ;*

Prometheus Aeschyleus Oceanidas apparere miratus stuporem suum tetrametro bacchiaco dialogi uersibus inserto exprimit:

(Aesch. Prom. 115) *τίς ἀχώ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής;*

40. De bacchiis cum dochmiis coniunctis.

Alterius generis bacchii (quos Schoell in uersionis Trachiniarum p. 116 confundit cum prioribus) ei sunt, qui cum dochmiis (quos sequi solent) coniunguntur, raro singuli, saepius duo, ut dochmii longitudinem una syllaba superent, quales

[1]) Hac uoce liceat uti non minus quam interius bacchii et cretici nominibus, quamquam plerumque metra iambica esse apparet; nonnumquam etiam nihil interest.

Herc. 879 *χορευθέντ' ἐναύλοις*
Or. 173 *ὑπνώσσει — λέγεις εὖ* = 194 *δίκα μέν — καλῶς δ' οὔ*
Rhes. 695 *πόθεν νιν κυρήσω:* = 713 *πυκασθείς, ξιφήρης·*

quod membrum idem est atque illud, quod et ipsum saepe sequitur dochmios, –⏑–––⏑–, uelut

Eum. 170 *(μυχὸν ἔχρανας, αὐ)τόσσυτος αὐτόκλητος*
= 175 *(ὑπό τε γᾶν φυγὼν) οὔποτ' ἐλευθεροῦται*
OC. 1557 *καὶ σὲ λιταῖς σεβίζειν* = 1569 *θηρὸς ὃν ἐν πύλαισι*
Rhes. 677 *λεύσσετε τοῦτον αὐδῶ.*
Prom. 571 *ἀλλ' ἐμὲ τὰν τάλαιναν* ante dochmios.

sed hi bacchii, ut recte adnotat Wilamowitz ad illum Herculis locum (II[2] 191), cum dochmiis, quod quidem attinet ad originem, nihil cohaerent. plus duo bacchii:

Bacch. 1181 *τίς ἄλλα; — τὰ Κάδμου — τί Κάδμου; — γένεθλα*
= 1197 *περισσὰν — περισσῶς — ἀγάλλει; — γέγηθα·*

antecedunt duo iambelegi, subsequuntur dochmii.

Ion. 1446 *τίν' αὐδὰν ἀύσω βοάσω; πόθεν μοι* post dochmios.
Spt. 104-6 *τί ῥέξεις; προδώσεις, παλαίχθων Ἄρης, τὰν τεὰν* <*γᾶν*>*;*
inter trimetros et dochmios.

Phil. 397 *ὅτ' ἐς τόνδ' Ἀτρειδᾶν ὕβρις πᾶσ' ἐχώρει*
= 511 *ἐγὼ μὲν τὸ κείνων κακὸν τῷδε κέρδος* } inter dochmios.

Rhes. 706-8 *δοκεῖ γάρ; τί μὴν οὔ; θρασὺς γοῦν ἐς ἡμᾶς. τίν' ἀλκήν; τίν' αἰνεῖς; Ὀδυσσῆ*
= 724-6 *τί λάσκων; δυσοίζων. τί δρᾶσαι; τί ταρβεῖς; καθ' ἡμᾶς περᾶσαι — τίν' ἀνδρῶν;*
inter trimetros.

41. De creticis cum dochmiis coniunctis.

Similem in modum dochmiis saepe antecedunt cretici. sic in Antigona legitur:

1263 *ὤ κτανόντας τε καὶ* = 1286 *ὤ κακάγγελτά μοι*

inter dochmios, sed ubi, si *ὤ* utrumque ut interiectionem a metro seclusum putamus (quamquam in stropha cum eis quae antecedunt elisione arcte coniunctum est), dochmium statuere licet. similem in modum est

El. 854 *μή μέ νυν μηκέτι* = 865 *πῶς γὰρ οὔκ; εἰ ξένος.*

quod exemplum mihi propter utramque ultimam correptam aliter accipiendum uidetur; scilicet (sequitur enim *παραγάγῃς ἵν' οὔ — τί φῄς;* = *ἄτερ ἐμῶν χερῶν — παπαῖ*)
–⏑– –⏑⏑⏑⏑⏑ ⏑– ⏑–⏑–,
quod constat ex cretico dochmio metro iambico. duo uero exempla Aeschylea affert Kaibel, in quibus minus dubitandum est,

Eum. 268 *ἀντίποιν' ὡς τίνῃς ματροφόνου δίκας*[1]) et
Spt. 206 *ἱππικῶν ἄπνουν*[2]) = 214 *δή ποτ' ἤρθην φόβῳ,*

utrumque in carmine dochmiaco[3]). alia exempla plerumque ab editoribus mutata sunt:

Eum. 271 *(ἢ θεὸν ἢ ξένον) τιν' ἀσεβῶν (ἢ τοκέας φίλους),*

si, id quod non dubito, Aeschylus ex analogia uerbi *ἀδικεῖν* etiam illo *ἀσεβεῖν* transitiue usus est[4]).

Ch. 871 *πῶς ἔχει; [πῶς] κέκρανται δόμοις;* (sic Wilamowitz).
Prom. 687 *ἔα ἔα ἄπεχε φεῦ· οὔποτ' οὔποτ' ηὔχουν ξένους,*
de quo loco supra nobis dicendum erat.

Spt. 94 *(πότερα δῆτ' ἐγὼ) ποτιπέσω (βρέτη δαιμόνων;)*[5])
Eur. Herc. 743 *χαρμοναὶ δακρύων ἔδοσαν ἐκβολάς*
= 757 *τίς ὁ θεοὺς ἀνομίᾳ χραίνων θνητὸς ὤν.*
ibid. 746 *ἤλπισεν παθεῖν γᾶς ἄναξ*
= 759 *ὡς ἄρ' οὐ σθένουσιν θεοί.*

---

[1]) Tradita sunt uerba *ἀντιποίνους τίνῃς μητροφόνας δύας.* — hoc exemplum Wilamowitzium mutatione sustulisse in textu commemorauimus.

[2]) Siue quidquid aliud legis pro codicum *ἀύπνων*, ut ex antistrophi metro apparet.

[3]) In Septem fabula sequitur –⏑⏑–– ⏑–⏑–––⏑–⏑––, quod digeri potest aut in –⏑⏑– ⏑⏑⏑⏑⏑⏑ ⏑⏑⏑⏑– ⏑–– aut in –⏑⏑––– ⏑⏑⏑⏑ ⏑⏑⏑–– ⏑––; si quidem dochmii forma ⏑⏑⏑⏑ ⏑⏑⏑– (Eur. Herc. 1057 *ἀδύνατ' ἀδύνατά μοι*) Aeschylum usum esse credendum est.

[4]) Wilamowitz, qui hoc fieri posse negat, mutatione paene nulla *ἢ* <*'σ*> *θεὸν* huic mendo mederi studet.

[5]) Hanc digestionem alteri quae fieri potest (–⏑⏑– ⏑– ⏑⏑⏑–– ⏑–––⏑–) praefero et propter analogiam uersus Eum. 271 (u. s.) et quia dochmii forma ⏑⏑⏑–⏑– multo saepius occurrit quam illa ⏑–⏑⏑⏑– (cur *προσπέσω* legam, non habeo).

de hoc metro loquitur Wilamowitz (Her. II[2] 165), qui id catalexis analogon intellegit (quod procatalexim siue aphaeresim uocare malim). sed animum non induco omnibus his locis *λείμματα ἐξάχρονα* statuere (∧⊼⊼∧), quamquam nonnullis (neque uero omnibus) locis hiatu a prioribus segregatur haec periodus.

42. De carmine quod est OR. 665.

Alio loco, quo cretici dochmiis immixti leguntur, corruptela exstat.

OR. 665 *ἀλλά μοι δυσμόρῳ γᾶ φθίνου - σα τρύχει ψυχὰν*
καὶ τάδ' εἰ κακοῖς κακὰ προσάψει τοῖς πάλαι τὰ πρὸς σφῷν
= 694 *ὅς τ' ἐμὰν γᾶν φίλαν ἐν πόνοις ἀλύου - σαν —*
— κατ' ὀρ - θὸν οὔρισας τὰ νῦν εὔ - πομπος εἰ δύναιο γενοῦ.

praeter extremorum uerborum inconcinnitatem, de qua paulo inferius, stropha duabus syllabis (-*χὰν καὶ*) longior est quam antistrophus, quam lacunam in antistropho Bruhn explet uerbo *μοῦνος*. inconcinnitatem extremorum uerborum Bergk et Dindorf coniectura *γένοιο* pro *δύναιο γενοῦ* tollere studuerunt. coniecturas quae metrum non tangunt hoc loco defendere uel refutare non opus est. *τὰ πρόσφατα* (Nauck) pro *τὰ πρὸς σφῷν* scribere, ut respondeat uerbis *εἰ δύναι(ο) γενοῦ* (*ἐν δύᾳ γενοῦ* Bruhn), est catalexim ignorare; conferantur de hac iambicorum carminum clausula:

Soph. El. 1421 *κτανόντων οἱ πάλαι θανόντες*
= 1441 *ὀρούσῃ πρὸς δίκας ἀγῶνα*
ibid. 1089 *σοφά τ' ἀρίστα τε παῖς κεκλῆσθαι*
= 1097 *ἄριστα τᾷ Ζηνὸς εὐσεβείᾳ*
OR. 1212 *σῖγ' ἐδυνάθησαν ἐς τοσόνδε*
= 1222 *καὶ κατεκοίμασα τοὐμὸν ὄμμα*
Ant. 342 *ἱππείῳ γένει πολεύων*
= 353 *οὔρειόν τ' ἀκμῆτα ταῦρον*
Aesch. Ag. 415 *φάσμα δόξει δόμων ἀνάσσει*
= 432 *πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ*
(⏓⏓⏑–⏑–⏑––,

quod membrum uocari potest metrum iambicum adiuncto ithyphallico). sed hoc quidem certe uidetur constare, uerba *ἀλλά μοι δυσμόρῳ* (siue *δυσμόρως*) = *ὅς τ' ἐμὰν γᾶν φίλαν* duos esse creticos; quae praecedunt uerba quin dochmii sint, nemo dubitabit.

Si utramque rem contemplabimur, concedemus poetas dochmii dimidiati maiorem partem toti metro ante uel postposuisse, atque quamquam non semper tamen plerumque hanc legem seruasse, ut priorem truncum subsequentem, posteriorem antecedentem facerent:

(. . . –⏑––⏑–|⏑–⏑–– et ⏑–––⏑–|⏑––⏑–– . . .).

43. De aliis membris bacchiacis.

Qui leguntur Herc. 906 bacchii (*τί δρᾷς ὦ Διὸς παῖ μελάθρῳ;*), pro stuporis significatione accipi possunt, cum Or. 1437—40 poeta barbarum consulto inusitatis rhythmis paeonicis (ut antea 1429—34 creticis) loquentem fecerit.

XIV. Appendices.

44. Addenda et corrigenda.

[Paucas res hoc loco affero quarum opusculo confecto demum mihi in mentem uenit quaeque aut per magnitudinem sine magno labore inseri nequiuerunt aut minoris momenti erant quam quae textui intruderentur.]

Ad c. 10.

Poteram uersus tractati formam catalecticam commemorare:

⏑–⏑– ––⏑– –⏑– ⏑––:

Soph. El. 1085—6 *ὡς καὶ σὺ πάγκλαυτον αἰῶνα κοινὸν εἵλου*
= 1093—4 *ἐπεί σ' ἐφηύρηκα μοίρᾳ μὲν οὐκ ἐν ἐσθλᾷ.*
ibid. 1407 *ἤκουσ' ἀνήκουστα δύστανος ὥστε φρῖξαι*
= 1428 *παύσασθε. λεύσσω γὰρ Αἴγισθον ἐκ προδήλου,*

atque illam:

⏑–⏑– ⏑–⏑– –⏑– ⏑––:

Aesch. Spt. 420—1 *φόρους μόρους ὑπὲρ φίλων ὀλομένων ἰδέσθαι*
= 455—6 *ἑδωλίων ὑπερκόπῳ δορί ποτ' ἐκλαπάξαι.*

Ad c. 12 n.

Versum iambelegum ⏑–⏑– ⏑–⏑– –⏑⏑–⏑⏑– eundem esse dixi atque tetrametrum ⏑–⏑– ⏑–⏑– –⏑⏑–⏑⏑–; neque uero ne Eupolideus quidem (Arist. Nub. 518 sqq.: ⏑⏑–⏑⏑–⏑–| ⏑⏑–⏑–⏑–) ab eis dissociandus uidetur, si omnino putas eum iambis magis affinem esse quam trochaeis [1]).

Ad cc. 11. 12.

Versus formam ⏑––⏑⏑–⏑– ⏑–⏑– ⏑–⏑– exemplis confirmare non potui, tamen illam ⏑––⏑⏑–– neque minus

[1]) Verisimiliorem Eupolidei explicationem alio loco proferre mihi in animo est.

illam ⏑–⏑– ⏑–⏑– –⏑⏑–⏑⏑–. itaque fortasse Trach. 881—5 sic erunt digerendi:

––⏑– ⏑–⏑– –⏑– ⏑–⏑–

––– ⏑–––

⏑–⏑– ⏑–⏑– –⏑⏑–⏑⏑–,

4 + 2 + 4 metra.

Ad c. 33 c. n.

Wilamowitzii uersuum OC 207—9 mensura ionica

––⏑⏑– ⏑–⏑– ––⏑⏑– ⏑–⏑–

mihi dubitationem moueri memoraui. [1]) duo habeo remedia quibus eam tollere me posse spero:

1. conferri possunt Choephororum uersus

315—6 *ὦ πάτερ αἰνόπατερ, τί σοι φάμενος ἢ τί ῥέξας*
= 332—3 *κλῦθί νυν, ὦ πάτερ, ἐν μέρει πολυδάκρυτα πένθη,*

quibus hoc est metrum: –⏑⏑– ⏑⏑–– –⏑–⏑–⏑ ⏑––,
tractati uersus forma catalectica, praeterquam quod primo loco pro thymelico habet choriambum. uersus hic constat ex Glyconei quadam forma –⏑⏑–⏑⏑–⏑– et solutae primae longae ithyphallico ⏑⏑⏑–⏑––, qui catalectica forma est dimetri heptasyllabi –⏑–⏑–⏑– (cf. cap. 9 extr.). itaque si in uersus Sophoclei fine hoc colon segregamus, prodit

–⏑⏑ ⏑–⏑–⏑––|⏑⏑ ⏑–⏑–⏑–.

membrum –––⏑⏑–⏑⏑– legitur

Phil. 141 *σοὶ δ', ὦ τέκνον, τόδ' ἐλήλυθεν*
= 156 *μή προσπεσών με λάθῃ ποθέν.*
Hipp. 525 *Ἔρως Ἔρως, ὁ κατ' ὀμμάτων*
= 535 *ἄλλως ἄλλως παρά τ' Ἀλφεῷ.*

[1]) Verbi *ἐννέπω* formam una *ν* littera scriptam apud tragicos in usu fuisse ibidem negaueram. sed exstat Heracl. 95 *τί χρέος; ἢ λόγων πόλεος, ἔνεπέ μοι, μελόμενοι τυχεῖν;* codices habent *ἔννεπε*, quod metro repugnat dochmiaco (in stropha, u. 75, *ἀμαλὸν ἐπὶ πέδῳ = π. ἔ. μ.*), neque uideo cur a librario *εἰπέ* quod per se poni potuit (neque enim syllabam syllabae respondere necesse est) in *ἔννεπε* sit mutatum. itaque uersus quam supra fieri posse negaueram mensuram pati uidetur hanc: ––⏑⏑– ⏑–⏑– –|⏑⏑⏑⏑ –⏑–.

itaque hoc quoque loco tetrametrum habemus integrum, in quo tertii metri prima breuis est suppressa.

2. Conferri potest uersus 237 –⏑⏑⏑–⏑⏑́ cum –⏑⏑⏑–⏑⏑́. paeonem primum pro ionico poni posse in fine cap. 32 commemoratum est. segregato dimetro restat trimeter –⏑– ⏑⏑–⏑ –⏑–. itaque haec epodus a bis quinis et bis quaternis metris incipit, sequuntur quater et bis quina. praeterea non modo metra sed etiam uerba utriusque huius epodi partis ex parte congruunt: *ὦ ξένοι* utrumque ante hiatum, *ἀλλὰ* utrumque initio alterius coli.

Ad idem caput.

In eadem adnotatione dixi tertium epitritum alteri antecedere posse per has formas: ⏓–⏑–⏑–– et ⏓–⏑–⏑––, quarum prior magis uersuum finibus, altera initiis uidetur conuenire, quamquam nihil certi uidetur de hac re inueniri posse. si a dimetri forma ordimur (quod quin recte faciamus non dubito), haec explicatio mihi probatur: paeonem alterum pro bacchio poni posse sine exemplis intellegitur (⏓–⏑⏑ pro ⏓––); periodos uero ionicas ascendentes (ut hoc nomine utar) primo loco bacchium admittere exemplis tragicis et comicis probari potest:

Phoen. 1539 *τί μ᾽, ὦ παρθένε, βακτρεύμασι τυφλοῦ ποδὸς ἐξάγαγες ἐς φῶς,*
λεχήρη σκοτίων ἐκ θαλάμων οἰκτροτάτοισιν δακρύοισιν . . .;
Arist. Ran. 324 *Ἴακχ᾽, ὦ πολυτιμήτοις ἕδραις ἐνθάδε ναίων*
= 340 *ἔγειρε φλογέας λαμπάδας ἐν χερσὶ γὰρ ἥκεις.*

haec res potest ita explicari, ut dicamus ex ionico molossum ortum esse, ex molosso autem bacchium (⏑⏑––). itaque fortasse sic digerendus erit ille dimeter: ⏑–⏑⏑–⏑–. sed si quis contendat illum bacchium syncopa esse ortum ex metro iambico (⏑–⏓–; cf. Sapph. fr. 58. 59 B-H-C), non habeo quae ei opponam. similem in modum iudicare possumus de altera dimetri forma, sc. –⏑– ⏑⏑–– (ex ⏓–⏑–––). contra has formas diuersae originis esse non posse apparet ex ea re quod respondere possunt (Trach. 960 = 70, quem locum attulimus in cap. 13).

Ad idem caput.

In fine illius adnotationis addi potest priapeum quoque (si hac uoce etiam tum uti licet, cum pherecrateus a glyconeo diaeresi non seiungitur) ut pherecrateum phalaeceum pentametrum duas mensuras pati et modo Aeolicam ⏓⏓–⏑⏑–⏑– ⏓⏓–⏑⏑–– esse praeferendam, modo Ionicam (si quidem pherecrateus qui uidetur incipit a breui syllaba) ⏓⏓–⏑⏑–⏑ –⏑⏓–⏑⏑––, cuius mensurae habuimus exemplum Phil. 1192-3, de quo loco conferas quae exposuimus. magni etiam in hac re momenti est, quemadmodum et uerba et personae sint distributae.

45. Quos quibusque in capitibus attulerim ueterum librorum locos.

[Legentes moneo n. litteram ad notas spectare; c. n. = cum nota (s. notis). impl(icite) eis capitibus apponitur, in quibus non ipsi uersuum numeri allati sunt. loci principales crassis litteris expressi sunt.]

Vita.

Albertus Hermannus Sachs natus sum anno 1886 a. d. V. id. Febr. Berolini. fidem profiteor mosaicam. gymnasium inde ab autumno a. 1895 frequentaui eius partis urbis nostrae quae a Ludouica regina nomen duxit, postquam tribus antecedentibus annis eius instituti praescholio interfui. autumno a. 1904 maturitatis quod uocant testimonio instructus in numerum ciuium uniuersitatis Fridericae Guilelmae Berolinensis receptus sum, ubi per octies adhuc sex menses studiis ad litteras antiquas et ad linguam hebraicam potissimum spectantibus operam dedi, admixtis modice philosophicis historicis francogallicis.

Docuerunt me uiri clarissimi atque doctissimi: Diels, Helm, Norden, Vahlen, Wentzel, de Wilamowitz-Moellendorff; comes de Baudissin, Delitzsch, Strack; Lasson, Riehl, Stumpf, Thiele; R. Lehmann, Paulsen †; E. Schmidt; Geiger, Haguenin. proseminarii philologi sodalis fui per singulos annos infimi et medii (qui nunc est superior) ordinis exercitationibusque interfui quas moderabantur Diels, Helm, Imelmann, M. Schmidt, Wentzel, de Wilamowitz-Moellendorff; ab autumno a. 1906 seminarii philologi per duo semestria sodalis fui ordinarius, postquam ibi iam anno priore Vahleni exercitationibus extraordinarius interfui. ibi Dielsii, Nordeni, Vahleni, Wilamowitzii doctrina imbutus sum. praeterea exercitationibus historicis (plerumque epigraphicis) ut interessem benigne permiserunt Hirschfeld et E. Meyer. quibus uiris doctis omnibus, imprimis autem Wilamowitzio, cui quidquid cum in poetis tragicis Graecis tum in illorum metris explicandis profeci debeo, maximas hoc loco ago gratias.

Examen rigorosum habitum est a. 1909 a. d. XII. kap. Mart.

Typis expressit C. Schulze & Co., G. m. b. H., Gräfenhainichen.